



Disputationes in hoc Tomo exhibita.

- 1) De lege extirpandorum parsorum. R: Treiber.
- 2) De Acceptatione et ejus jure. R: Rüdloff.
- 3) De jure Seminis. R: Coccejo.
- 4) De Antipelargia. R: Passavant.
- 5) De Potestate Magistratum et officiorum. R: Schragio.
- 6) De Selectis Juris Civ: Canon: Feud: ac Militaris thesibus. R: Widemanno. (b. G. ^{Suprema voluntas de bonis haeredis} ~~Supremis~~)
- 7) De Jure et Privilegiis collectarum in concursum Creditorum. R: Werthoff.
- 8) De Testamentis correspectivis. R: Harpprecht.
- 9) De Novationibus et Delegationibus. R: Werthoff.
- 10) De Titulo invalido. R: Dürfeld.
- 11) De Cambiis: vulgo Wechseln. R: le Moyne.
- 12) De Conjugio illegitimo in indulgentia Principis confirmato. R: Stawinski.
- 13) De Jure Aurigarum. R: Miets.
- 14) De Obligatione Sucessorum ex facto Antecessorum. R: de Spina.
- 15) De Alimentis et Dote filiarum nobilium. R: Schöpfferd.
- 16) De sententia in causis civilibus. R: Rhetio.
- 17) De Inventario. R: Fuchsien.
- 18) De Locatione - Conductione rei Dominicae. R: Amelung.

19)
20.
21)
22
23
24
25.
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35



- 19.) De Testibus Collybiticis. R. Zipfel.
- 20.) De Spurio. R. Rotsmabler.
- 21.) De Nequitia Advocatorum. R. Holtermann.
- 22.) De Collatione Bonorum. R. Dresano.
- 23.) De interversa Possessione. R. Lüncker.
- 24.) De Jure Hospitiorum. R. de Boeckeln.
- 25.) De Bonis Paraphernalibus. R. Seitz.
- 26.) De Jure expectativa. R. Strauß.
- 27.) De Pignoribus et Hypothecis. R. Ziegler.
- 28.) De Vadriga. R. Hebero.
- 29.) De Fiducia Magistratus. R. Hebero.
- 30.) De sumptibus pietatis causa factis. R. Martino.
- 31.) De juribus circa separationem singularibus. R. Hornio.
- 32.) De Contumacia ^{non} appellante. R. Hornio.
- 33.) De Literarum cambialium indossamento. R. Hoecknero.
- 34.) De Momento Temporis. R. Troppanneger.
- 35.) De Anticipatione. R. Barthio.

Sammelkel H

a
y
8
c
-



J. N. D. N. J. C.

DISSERTATIO JUSTINIANEA

De

POTENTATU

MAGISTRATUUM

ET OFFICIORVM,

Von Fürchterlichem Gewalt

Beampter Personen.

Quam

SUB PRÆSIDIO

DN. FRIDERICI SCHRAGII

U. J. D. Institut. Imperial. Profess. Publ. &

Facult. Jurid. h. t. Spectabilis Decani,

Præceptoris ac Fautoris sui ætatem

devenerandi,

SOLENNITER defendet

JOH. FRIDERICUS Harnußberger/Argent.

Auctor.

ad d. 18. Mensis Octobr. hor. locoq. conf.

ARGENTORATI,

Apud JOSIAM STÆDELIUM,

ANNO M DC LXXIX.

ILLUSTRI
LIBERALIS LEGATI
SCHENCKBECHERIANI
COLLEGIO,

VIRIS,
Nobilitate Generis, Magnificentia Mune-
rum, Confiliorum Gravitate & Prudentia, Merito-
rum erga Rempubl. & Ecclesiam Amplitudi-
ne, Dexteritate rerum gerendarum, un-
diquaq; maxime Conspicuis,

*DNN. Mæcenatibus, Patronis atq; Benefactoribus
Suis Gratosiss, Optimis,*

in

Perpetuum animi devoti monumentum,

Eâ, qua par est, reverentia,

Hoc quaecunque studiorum specimen

consecrat

Tantium Nominum

Humillimus Cultor

Johannes Fridericus Harnußberger/ Auct.



I. N. D. N. I. C.



Ntequam rem ipsam aggrediamur, præmittenda prius est terminorum explanatio. His enim rectè cognitis, facilis deinde ad ipsius argumenti intellectum accessus dabitur.

Occurrit autem statim ab initio vox *Potentatus*, de qua primùm verba faciemus; de *Magistratum*, & *Officiorum*, vocabulis postea dicturi.

THES. I.

VOcabulum *Potentatus* (quod à Gerardo Jo. Vossio in libello de vitiiis sermonis pag. 573. Latio malè exterminatur, ut bene Ol. Borrichius *ad d. l.* notat) à voce *potens* deducitur, duplicemque potissimum sortitur acceptionem. Sumitur enim vel absolutè vel relatè. Absolutè vel generaliter vel specialiter. In generali significato denotat quamlibet vim seu potestatem cogendi, sive physicam sive civilem, sive justam sive injustam, ut apud Arnob. *l. i. ad vers. gent. pag. 31. edit. Antvverp.* ibi: *quod tuis sit viribus potentatuiq; conveniens.* In sensu speciali significat 1. vim & potestatem justam Superioris in Inferiorem. Et quidem dicitur cum excellenter de DEO. *Ps. 20. v. 7.* tum minus principaliter de Magistratu politico, pro Imperio ac potestate Imperantium. *Jul. Cæs. l. i. de Bell. Gall. c. 31.* ubi Græcus interpretres vocem *potentatu* reddidit per vocabulum *ἡγεμονία*, latinè imperium denotans. Add. *Liv. l. 26. c. 38.* Hinc Italis *potentato* est, qui grande habet imperium; unde Germanicam vocem *Potentat / die Potentaten* / cujus in Recessibus Imperii & apud Scriptores hodiernos frequens usus est, derivatam esse *Lymnæus* notat *tom. 2. Addit. ad Libr. i. de Iur. publ. c. 12. & ad Capit. Ferdinandi IV. art. 4.* 2. vim injustam à potentioribus personis, sive publicis sive privatis, infirmioribus verè illatam *l. i. c.*

A

de Gene-

de General. abol. l. 4. pr. vers. fin autem C. de Episcop. & Cler. l. un. pr. C. de Rapt. virg. Relate denotat impedimentum voluntatis à conditione personæ potentioris proveniens; vel, si mavis: principium metus præsumpti in conditione potentiæ alterius personæ consistens *l. 63. ff. de R. N. l. 5. C. de Testib. c. si testes §. eos testes. caus. 4. qu. 2. & 3.* Et in hoc sensu relato vel significat impedimentum ab actu secundo personæ potentioris, h. e. violentia realiter commissa, desumptum, vel ab actu primo, sive conditione personæ potentioris terribilis libertati voluntatis contraria, derivatum. *vid. ll. th. seq. citt.* De quo posteriori significato titulus noster intelligendus est.

II. Sicut autem vox *potentatus* non uno legitur significato; ita id, quod eâ significatur, varias in jure appellationes nactum est. Vocatur enim potentia in *l. ult. C. de his quæ vi met.* ubi Azo & Bart. *l. 9 §. pen. ff. de off. proc.* ubi etiam adverbium *impotenter* in hoc sensu legitur. *arg. t. t. C. ne lic. potent. patr. t. t. C. de his qui potent. nomine l. 6. §. 2. ff. de off. Pres. potestas l. un. ibi: occasione potestatis C. si quac. præd. pot.* Cicero *Orat. contr. Verr. libr. 4. n. m. 10.* ibi: *nihil pro potestate n. 32.* ibi: *per potestatem abstulisset,* & passim. Legitur sub nomine Magistratus apud eundem *d. l. n. 53.* ibi: *per magistratum;* item Imperii, *arg. l. 6. ff. de test. junct. l. 5. C. eod.* ubi Gothofr. *in not.* Minax fervor describitur *in d. l. un. C. si quac. præd. pot. persona terribilis, l. un. C. si Rector provinc. l. 2. C. ne rustici ad ull. obseq. vis d. l. un. in fin. C. si quac. præd. pot.* Gothofr. *ad d. l. 5. C. de testib. fac. d. l. 1. C. de general. abol. concussio arg. l. 4. C. ad L. lul. repet. Sichard. ad l. pen. C. de his quæ vi met. & l. 3. C. si cert. pet. n. 1.* Huc etiam pertinet vocabulum Impressionis *in d. l. pen. C. de his quæ vi met. C. I. A. tit. quod met. caussa th. 12. Brunnem. ad d. l. pen.* Græci voce *δυναστείας* (quâ etiam ad tyrannidem signandam sæpius usi sunt, Dn. Bœcl. *Dissert. ad Tacit. I. Annal. cap. 1.*) significatum vocis hujus expressere. Gothofr. *ad d. l. 5. C. de Testib.* Germanicè *potentatus* in actu primo consideratus *Fürchterlicher Gewalt* reddi potest.

III. Vocabulum Magistratus à voce Magister derivatum *l. 57. ff. de V. S.* hic non in ea latitudine, qua in *l. 2. §. 14. ff. de O. I.* item in Scholis Theologicis & apud Publicistas, quamvis potesta-

potestatem civilem comprehendit sive summam sive summæ subordinatam. Excell. Dn. Bœcl. *lib. 14. Not. Imp. c. 1. l. 2. Inst. pol. c. 6.* Dn. Conring. *de Rep. Imper. Germ. Ex. 2. th. 1.* nec, quâ cæteros præfectos & curatores Reip. continet, ut apud Aristot. *l. 6. pol. c. 8.* ibique Heins. *in paraphr.* & Piccart. *in comment.* vid. quoque Eberlin. *de O. I. c. 12.* Hahn. *ad Wesenb. tit. de Senat. n. 1.* Myler. *in tr. posth. de hyparchologia seu de Officialibus, Magistr. & Administr. c. 1. §. 10. n. 25.* sed in proprio significato accipimus pro ea persona publica, quæ jurisdictioni præest, ut rectè defin. Cujac. *in tit. & comment. ad ff. de O. I. vel in comment. ad l. 5. de judic.* quæ jurisdictionem habet (juxta Græcos, *jurisdictioni præesse per τὸ δικοδομῶν ἐξου* reddentes. Gothofr. *not. ad l. 81. ff. de judic. voce præest*) scil. summæ potestatis auctoritate, sive dependenter à summa potestate: Quam definitionem amplectuntur, cum Jcti, ut Struv. *syn. jur. Civ. Ex. 4. th. 8.* Hahn. *ad Wes. d. tit. de Senat. n. 1.* Magnif. Dn. Rebhan, Præceptor & Patronus in æternum devenerandus, in Hodeg. *edit. noviss. chart. 2. clim. 1. parall. 1. th. 43 in 8.* tum Politici, Petr. Gregor. Tholos. *l. 4. de Rep. c. 5. n. 2.* Clapmar. *l. 2. de arcan. Rerump. c. 5. pr.* Guther. *lib. 1. de off. dom. aug. c. 3.* Philosophi *l. 4. pol. c. 15.* ut disciplinæ politicæ quam Jurisprudentiæ nostræ magis convenientem, Besold. *discurs. pol. singul. de informat. & coact. subdit. disp. 3. th. 2.* Hahn. *d. l.* Guther. *d. l.* aliorumque definitiones suis locis relinquimus; Add. majoris declarationis causa Eberlin. *de O. I. c. 12.*

IV. Competit hæc definitio Magistratibus majoribus & minoribus, sive Romæ sive in Provinciis Municipiisve sint. conf. Vult. *Jurispr. Rom. l. 1. c. 13.* Guther. *d. l.* Dissent. Wesenbec. *in comment. in Cod. de Magistr. municipal. n. 1.* (non obstante, quod minores *in l. 2. §. 33. ff. de O. I.* magistratus esse negentur, & Provinciales sub nomine potestatis sæpius magistratibus opponantur. *v. l. 13. §. 1. ff. de Jurisd. l. 1. §. 1. ff. quod quisque jur. in alt. l. 3. §. 1. ff. quod met. caus. l. 8. pr. ff. de accusat. & municipales imperium non habeant l. 32.* ibique Gothofr. *ff. de injur. add. l. 26. ff. ad municipal.*) Nec enim ullus est Magistratus, quin habeat jurisdictionem, neque jurisdictio est penes aliquem, tanquam subjectum proprium, quin is continuo sit magistratus. Strauch. *diss. Justin. 20. th. 2.* frustra negante hanc conversionem Clapmario *d. l.*

V. Vocabulum *iurisdictionis* accipitur vel in genere vel in specie. Quid in specie in iure nostro significet, in eo Dd. mire inter se dissentiunt. Nos Cujacium in *æ. C. de iurisdic. sequentes* cum Bicc. *Aur. sect. 5. th. 39.* definimus, quod sit notio iure Magistratus competens. Notio vero est potestas audiendi atque statuendi de iis, quæ circa Iustitiæ administrationem versantur. *Id. th. seq. 40. per l. 5. ff. de re jud. l. 99. ff. de V.S. ibique Gædd. quam statuendi potestatem imperium, quod non merum l. 4. §. 1. ff. de offic. eius cui mand. sed mixtum est l. 3. ff. de iurisdic. semper concomitatur. l. 1. §. 1. in fin. ff. de off. eius cui mand. d. l. 3. Bachov. ad Treutler. vol. 1. D. 3. th. 4. lit. c. & quos allegat; ita quidem, ut quicumque habet iurisdictionem, idem quoque habeat imperium, & contra. Bicc. d. s. th. 51. C. I. A. tit. de Iurisd. th. 34. & 35. quibus add. *th. preced. 29. & 30 Cujac. lib. 21. obs. c. 30.* adeoque iure Romano nullus fuerit Magistratus, quin aliquod habuerit imperium. *Struv. synt. jur. civ. Ex. 4. th. 63.* quod inductione exemplorum, ut infra dicetur, deductione sententiæ contrariæ ad absurdum *arg. l. 75. ff. de iudic. l. ult. in fin. ff. ne quid in loc. publ. derivatione ipsius vocis Magistratus, & rei necessitate arg. l. 2. ff. de iurisd.* probari potest. Dissent. Dn. Strauch. *Dissert. Iustin. 20. th. 2.* Hinc facilis est responsio ad *d. l. 32. ff. de injur. videlicet, quod verba: sine imperio & potestate: non de privatione simplici & absoluta, sed respectiva, debeant intelligi, & Magistratus minores dicantur sine Imperio scil. majori, augustiori & excellentiori. Bicc. d. l. Struv. d. l. th. 57.* quod imperium respectu Magistratum minorum, interdum imperium simpliciter *d. l. 32. l. 2. ff. de in jus voc. & c. v. Bachov. ad Treutler. vol. 1. D. 3. th. 4. lit. c.* interdum cum adiectione, majus dicitur *l. 58. ff. de iudic. jung. l. 11. ff. de offic. proc. l. 8. ff. eod.* In genere denotat causarum quarumlibet, de quibus jus est, & quæ ad iudicia pertinent, dijudicationem & iudicati executionem. Itaque potestatem dijudicandi causas ad iudicia spectantes seu civiles seu criminales, ac in illis causis imperium exercendi, vid. Dn. Struv. *synt. jur. civ. Ex. 4. th. 50.* Quem significatum h. l. esse, argumento est ipsum prædicatum potentatus.*

VI. Vocabulum *officium* vel *officia* generaliter sumptum denotat id, quod quisque debet efficere, observata loco-

rum,

rum, temporum & personarum ratione. Myler. *hyparch. cap. 1. §. 3. n. 6.* inque se comprehendit tam privata quam publica officia. De privatis nobis h. l. sermo non est; sed de publicis: quæ sunt munera *l. 18. ff. de V. S. autoritate publica collata arg. l. 214. l. 239. §. 3. ff. eod.* quæ in Rep. administranda consistunt. Gædd. ad *d. l. 18. ff. de V. S. n. 20.* Accipitur id nomen in jure nostro propriè vel impropiè. Propriè, pro munere & administratione publica. Quo sensu rursus sumitur in genere & in specie. In genere, pro quovis munere publico, ita ut non solum de Ministris vel qui in officio honorifico constituti sunt, sed etiam de ipsis Magistratibus prædicetur. *l. 38. pr. ff. de R. N. junct. l. un. C. si Rect. Prov. l. 46. l. 62. ff. de contr. empt. junct. l. 46. §. 2. ff. de jur. Fisc. l. 2. §. 1. & 2. ff. de his que ut indign. Calvin. Lex. voc. Officij causa. Add. Guther. l. 1. de offic. Dom. Aug. c. 2.* Hinc in jure nostro Titt. De officio Consulibus, De Officio Præf. Prator. In specie pro officio Jurisdictioni & Imperio Magistratum opposito, & quidem vel de eo quod dignitatem annexam habet, *l. fin. C. de Offic. Quæst. l. 1. C. de Primicer. l. 1. C. de Decan. l. 11. C. de Palatin.* quo pertinet *t. t. de Offic. Assess. c. 2. X. de postul. vel, quod ea destituitur v. l. 1. C. de apparitor. Præf. Urb. l. 12. §. 3. C. de Cohortal. l. 7. fin. C. de Executor. aliosque textt.* Impropiè & metonymicè usurpatur 1. pro ipsis personis officium gerentibus. Sic legitur vox officium pro persona judicis sive Magistratus *in l. 7. §. ult. ff. qui satisd. cog. l. 17. ff. de in jus voc. Calvin. Lex. voc. Officium.* Item, pro ministris Magistratum *l. 6. §. 5 ff. de Offic. Præf. t. t. C. de Divers. Officiis & apparit. ibique Perez in comment. n. 1. & passim v. Brissou. Lex. voc. Officium. Pancirol. Notit. Imp. Or. c. 9. Bulenger. de Imperio Rom. l. 5. c. 40. l. 6. c. 18. Guther. de Offic. Dom. Aug. l. 2. c. 4. 2. pro potestate officio connexa, l. 1. ff. de iurisd. ibique Gothofr. Myler. *hyparch. cap. 1. §. 3. n. 6.* Nos h. l. illud impropiè accipimus, partim pro illis, qui officium aliquod publicum administrant sine Imperio & Jurisdictione, dignitatem tamen habent. Guther. *de Offic. dom. Aug. libr. 1. c. 15. pr. v. l. 1. §. 7. C. de Offic. Præf. Præt. Afr.* partim pro iis, qui munus sine dignitate obeunt & Magistratibus apparent *per supr. alleg. textt.* quo significatu hæc acceptio frequenter in Notitia Imperii occurrit; Et quo sensu librum primum & seqq. de Magistratibus*

stratibus & Officiis Imperii Romani, inscripisse videtur Jul. Cæsar. Bulengerus in suo opere de Imperio Romano.

VII. Appellantur autem hi, qui Magistratibus apparent, speciali nomine, *Officiales*, in *l. 34. pr. ff. de R. Cr. l. 5. §. 27. ff. ut in possess. legat. l. 6. in fin. ff. de bon. damnat. l. 6. §. 2. ff. de poen.* Græcè *παξέωται*, Pancirol. *Notit. Imper. Or. c. 9.* Bulenger. *l. 6. de Imperio Rom. c. 17. & 18.* quam vocem interpretem Harmenopuli *l. 3. ωεγχερ. 1. §. 2.* non rectè per *Magistratus* reddidisse, bene ad *l. 34. pr. ff. de R. Cr.* notavit Gothofr. Describuntur à Paulo *l. 5. sentent. tit. 12. de iur. Fisc.* quod sint Magistratuum ministri & apparitores. Tales sunt, Cornicularii, Commentarienses &c. de quibus infra. Differunt à Magistratibus, quod hi præcipiant; illis vero obsequii gloria relicta sit: à dignitate officii coruscantibus, quod hi dignitatem; illi vero non habeant, sed dignitatum tantum sint adminicula *l. 15. C. de erogat. milit. ann.* Guther. *l. 1. de Offic. Dom. Aug. c. 16. v. quoque l. 4. C. de Tabular. &c.* Jure Canon. *Officiales* esse vicarios Episcopi cum Jurisdictione ostèdit Dn. Strauch. *Eclog. 8. amæn. jur. can. c. 9. vid. etiam Corvin. Aphor. jur. can. libr. 1. c. 18.* Aliàs vocabulum hoc tam latè à Dd. accipitur, ut etiam *Magistratus* complectatur, ut patet ex *Zaf. ad l. 33. ff. de R. Cr.* Add. Myler *d. tr. cap. 1. §. 3. n. 8. & §. 13. n. 28.* quorum locutionem etiam secutus videtur Bodin. *l. 3. de Rep. c. 2.* dum genus *Magistratus* facit officialem. Quo sensu Electores hoc nomine signentur, vid. Cl. Conring. *Diss. de Officialibus Imperij th. 2. & 3.*

VIII. Præmissa terminorum explicatione ad rem ipsam ut accedamus, justus requirit ordo. Definiri potest *Potentatus*, quod sit impedimentum legale actus per se liciti, ab alterius personæ potentia politica & alterius præsumpto metu proveniens. Sive, quod sit impedimentum actuum naturaliter permissorum, in conditione personarum, in quas intuitu officii, in quo alterutra constituta est, concussionis præsumptio cadere potest, consistens. Constat hæc definitio suo genere proximo, & differentia specifica. Genus proximum est impedimentum. Dico 1. *Impedimentum*: Passim enim in jure potentatus inter impedimenta permissorum seu causas prohibitorias refertur, ut ex th. 13. apparebit. vid. interim *l. 6. §. ult. ff. de*

ff. de Off. Procons. l. 33. ff. de reb. cr. l. 46. l. 62. ff. de contr. empt. l. 63. ff. de R.N. l. 46. §. 2. ff. de Iur. Fisc. l. un. C. de contr. Iudic. & quæ sunt aliæ.
 Dico 2. Legale. Quo ipso Potentatus distinguitur ab impedimenti naturalibus. Legale autem dicitur, quia non à defectu hominis naturali, sed à Statu hominis ad civilem Societatem relati provenit. Est enim principium hujus impedimenti non in vitio quodam naturali, veluti ætate, morbo, &c. sed in respectu Societatis civilis, in relatione potentioris & minus potentis & inde præsumpti metus positum. Sicut hinc inde in LL. & à Doctoribus inter causas Lege prohibitorias potentatus refertur, ut modo ostensum, & adhuc pluribus infra docebitur. Differentia specifica consistit in relatione politica personæ potentioris ad minus potentem, ex qua LL. metum præsumunt. De quo latius infra.

IX, Dividi potest potentatus (1.) ratione causæ prohibentis proximæ in civilem seu legitimū & honorarium sive statutarium. (2.) ratione subjecti activi. 1. in Magistratum & Officiorum; & horum vel dignitatem annexam habentium, vel non habentium. 2. in Urbicum & provincialem 3. in paganum & militarem. (3.) ratione objecti 1. in officialem. & extra officialem. 2. ratione aliorum actuum pro varietate actuum variè. (4.) ratione modi 1. in mediatum & immediatum 2. in solitarium & communicatum 3. in absolutum & limitatum (5.) ratione effectus in graviolem & leviolem; (6.) ratione durationis in perpetuum & temporalem.

X. Causa prohibens potentatus alia principalis, alia minus principalis est. Causa principalis vel remota vel propinqua. Causam remotam constituo Jus Divinum; causam propinquam vero Jus Humanum. Divinum dispesci potest in tacitum, quod est naturale, & expressum sive revelatum, puta SS. Literis. Humanum itidem in civile aliarum Gentium & Romanum. Jus Naturale dico: Juri enim naturali (quod Imperator in § 1. l. De Rer. divis. gentium vocat) sicut omnem prohibet vim injustam §. 4. l. de jur. nat. g. & civ. l. 10. §. 1. ff. de I. & I. ita omne illud repugnat, quod LL. etiam civiles hujusmodi vitium in se continere præsumunt. Quamvis enim potentatus
 (h. e.

(h. e. conditio hominis potentioris) in se consideratus nulla cum injustitia conjunctus sit; quatenus tamen Jus naturale omnia ea improbat, quæ libertatem voluntatis sine ratione impediunt, quorum impedimentorum determinatio, quotquot eorum à respectu Societatis civilis desumuntur, Legislationi humanæ relicta est, *arg. l. 6. ff. de l. & i.* non incongruè potentatus, quem Leges & Mores pro ejusmodi impedimento habent, jure naturæ prohiberi dicitur.

XI. Quoad Jus Divinum SS. Literis revelatum, non immerito produci debet illa Sanctio, quam Deus Legislator summus, in Rep. quidem Judaica, sed in omni tamen observandam, tulit, ut potentum (intellige in primis Magistratus aliosque publicæ authoritatis viros) vim & potentiam (de cujus abusu apud Prophetas hinc inde conqueritur, vid. Esai. c. 1. vers. 23. c. 10. vers. 2. Ezech. c. 34. vers. 4. & c. & Nehem. c. 5. v. 14. ubi elegans exemplum) inhiberet ac reprimeret. Deuteron. c. 1. v. 17. Ubi Judicibus severè interdicit, ne ullius hominis (quicumque ille, etiamsi Magistratus, sit, quantaque potentia polleat) personam in judicio respiciant, quod *seq. c. 16. al. 17. v. 19.* repetitur. Qua lege Deus non tantum officium Judicis, in quo illud consistat, docere, sed etiam obviam ire voluit potentibus, qui sua auctoritate & potentia judicem à tramite justitiæ sæpè aberrare faciunt. Propius ad propositum nostrum accedit, quod scribit Syracid. c. 8. v. 17. ne judicio, inquires, experiaris contra judicem, nam secundum opinionem ejus judicabitur. B. Lutherus hæc ultima verba ita vertit: dann man spricht das Urtheil / wie er will. Quis exinde non colligit potentatum judicis litigantis, quo judex judicans respecturus præsumitur? Cui geminum est, quod *eod. cap. vers. 1.* cautelæ loco scribit: ne contendas cum homine principatum obtinente, ne quando incidas in manus ipsius. confer *vers. 15. eiusd. cap. & cap. 7. v. 6.* quæ omnia ad idem collimant, & pericula, quæ tenuis sortis hominibus à potestatibus imminent, satis ostendunt.

XII. Hactenus de Jure Divino cum tacito, tum expresso. Ut de prohibitione Juris humani paucis etiam videamus. Inter ea, quæ ab aliis Gentibus hac de re constituta sunt, laudare liceat

liceat Decretum Thebanorum, quod apud Aristotelem *l. 3. pol. c. 3.* refertur, ut nemo videlicet, qui mercaturam exerceat, aut 10. annos à mercatura & negotiatione non abstinuisset, ad Remp. admoveatur: Cujus variæ quidem recensentur rationes, quas apud Lips. *l. 3. pol. c. 6. n. 15. in not. Tholos. de Rep. l. 3. c. 6. n. 48. l. 4. c. 3. n. 15. & l. 4. c. 7. n. 7.* videre est, non minima tamen hæc esse potest, quod si mercatores, ut homines lucro nimis dediti, ad Remp. admitterentur, facile evenire posset, ut concessa sibi potestate ad injuriam aliorum abuterentur, commerciumque redderent difficilius, juxta *l. 3. C. de commerc. add. Ann. Robert. l. 2. Rer. judic. c. 16. Wurmbf. Exerc. Acad. 4. q. 26.* dum non solum plebei & infirmiores negociatores, tota commerciorum utilitate à Magistratibus ad se attracta, ad inopiam redigerentur, sed etiam libertas emendi vendendi, quæ tamen in contractibus & negotiationibus maximopere requiritur, *l. 5. C. de O. & A. l. 16. C. de iur. deliber. Grot. l. 2. de iur. B. & P. c. 12. n. 10.* penitus tolleretur, emptoribus, quanti velint, venditoribus aliàs nolentibus pro potestate imperare visis. Ex eodem capite est, quod Jure Lusitanico Præsilibus Provinciarum emptiones cum provincialibus interdictas esse, tradit Fr. de Chaldas *consil. 34. Myler. Hyparch. cap. 12. §. 23. n. 43.*

XIII. Jure Civili Romano multæ sunt leges, quibus potentatui Magistratum & similium personarum contractum est. Præcipuæ sunt *l. 6. §. 3. ff. de Off. Proc. l. 9. §. 5. ff. eod. l. 33. cum l. seq. ff. de R. Cr. l. 62. ff. de contr. empt. l. 38. l. 57. l. 63. l. 65. pr. & §. 1. de R. N. (quibus declarationis causa jungatur l. 5. ff. de concubin.) l. 46. §. 2. ff. de iur. Fisc. t. t. C. de contr. judic. t. t. C. ne lic. potent. patr. t. t. C. de his qui potent. nom. t. t. C. ne Fisc. vel Resp. l. 3. C. si cert. per. l. 5. C. de Testib. t. t. C. si Rect. Prov. l. 6. l. 8. C. de Nupt. t. t. si quac. prad. pot. l. 2. C. ne rustic. ad ull. obseq. Novell. Leon. 23. & 84. Eodem faciunt *l. 6. §. 2. 3. 5. 6. ff. de Off. Pras. l. 18. ff. eod. l. 46. ff. de C. E. l. 8. §. 1. ff. ad L. iul. repet. l. pen. & ult. C. de his quæ vi met. l. 3. ff. de vacat. muner. l. 16. C. si cert. per. l. 1. C. de gen. abol. t. t. C. de lucr. Advoc. Nov. 17. c. 1. Nov. 8. Nov. 95. Nov. 128. & Nov. 161. Jure Canonico t. t. C. ne lic. pot. patr. per cap. 2. X. de alienat. judic. mut. approbatus, & l. 5. C. de testib. in can. 3. caus. 4.**

B

quest.

quest. 3. vers. eos testes canonifata est. Sichard. ad. d. l. eos testes §. C. de test.

XIV. De moribus Imperii Romano-Germanici, imo totius Europæ, Jus Civile Justinianæum hæctenus in desuetudinem abiisse, tradit Wissenb. part. 1. ff. D. 34. th. 7. Sichard. in C. si quac. prat. pot. n. 7. & t. C. si Rect. prov. n. 4. Zas. ad l. 33. ff. de R. Cr. Wesl. in comment. C. de contr. judic. in fin. Boer. Decis. 317. n. 13. Donell. l. 12. comment. jur. civ. c. 23. Ant. Fabr. ration. ad l. 33. & l. 34. ff. de R. Cr. Speidel. Specul. jur. voce Ampfleuth, ubi Guid. Pap. Decis. 195. & Christin. vol. 2. Decis. Belg. 86. n. 2. allegat. Perez. in C. de contr. judic. n. 5. & t. C. si quac. prat. pot. C. I. A. tit. de contr. empt. th. X. & XI. & tit. de R. N. th. 16. n. 8. Harprecht. ad §. 11. I. de nupt. Rittershus. Different. jur. civ. & can. l. 1. c. 21. Struv. Ex. 23. th. 3. ubi Giphon. ad l. 11. C. de his quæ vi met. & c. & Zipæ. notit. Iur. Belg. citat. Brunnem. ad l. un. C. de contr. judic. & ad l. un. C. si quac. præd. pot. Eckolt. ad ff. tit. de contr. empt. th. 3. in fin. Besold. Diss. de mutuo th. 16. in fin. Grœnen- vveg. de LL. abrogat. ad l. 33. ff. de R. Cr. ubi Busium ad eand. leg. Bugnon. Autumn. & alios laudat. Addatur Myler. d. tr. c. 12. §. 23. n. 44. Quod licet communi ferè Dd. consensu pronuncietur, non tamen sine exceptione unius alteriusve loci intellectum velim. Patriâ nostra dulcissima Argentorato (quam Deus porro conservet!) anno 1626. prudenter statutum est: Daß der Statt Straßburg Ampfleute und Bögte auff dem Land keine Güter/in dem Ampt/darinnen sie geseket seind/gelegen/ane sich kauffen oder entlehnen sollen. v. Extract. der Statt Straßburg Ordn. von Contracten p. m. 37. quod in Decreto nuperrimè anno 1678. circa jus Retractus emisso, ad Officiales in specie, die Ampfschreiber extensum. De Jure Municipali Würtembergico part. 1. tit. 75. fol. 212. §. allerley. Magistratibus, Judicibus, omnibusque, qui circa eos sunt occupati, emptio & venditio in publicis subhastationibus interdicta est, etiam per suppositam personam (juxta l. 46. ff. de contr. empt.) v. Speidel. Specul. jur. d. l. Eodem jure part. 2. tit. 16. §. Wir sehen und ordnen. f. 292. Officialibus non competit jus territorialis Retractus. Consent. Lands Ordnung. fol. 41. §. Nachdem. Referente eodem Speidel. in

del. in verbis seqq. Quod an ideo tantum provisum sit, (ut ipse sentire videtur) ne bona extra Municipium vel pagum alienentur ; an vero, quod contractus ejusmodi non liberi præsumantur, aliis dijudicandum relinquo.

XV. Non opus est, ut multis *h. l.* quæramus, cui summæ potestatis parti seu juri, interdicendi hæc potestas sit adscribenda, cum nulli alii, quam nomothetico, debere res ipsa loquatur. Quæcunque enim pars illius potestatis circa actiones subditorum & mores versatur, ita ut eas fini ultimo Reip. qui salutis seu felicitatis nomine à Politicis exprimitur, attemperet, honestas & utiles præcipiendo, inhonestas vero & periculosas prohibendo, illa nomothetica est. Dn. Bœcl. *Diss. pol. 4. & l. 2. Inst. pol. c. 3.* Horn. *de Civit. 2. 2. 4. add. l. 1. & l. 2. ff. de LL.* Jam vero quid aliud hîc agitur, quam ut Magistratum &c. qui in relatione ad summam potestatem, æquè ac reliqui cives, subditi sunt, Lampad. *part. 1. de Rep. Rom. Germ. n. 14.* Dn. Bœcler. *l. 1. Inst. pol. c. 6.* Horn. *de Civit. 2. 7. 2.* vita & actiones ad finem hunc dirigantur, potestate illorum, quâ vix ita utuntur, ut non etiam plerunque abutantur. Ant. Fab. *Rational. ad l. 46. ff. de contr. empr.* & quæ propterea tenuis fortis hominibus damnosa esse potest, salutarem in modum limitata ac restricta. Confundi ergo haud debet hæc cum Magistratum & Officialium, ut loquuntur, creandorum potestate: Aliud namque est LL. circa istarum personarum actiones & officia ferre, aliud illas constituere.

XVI. In Statu Reip. Rom. Democratico, seu potius ex Aristocratiâ & Democratiâ mixto, Dn. Bœcler. *ad l. 1. Annal. Tacit. c. 1. & Dissert. pol. 20.* (de Monarchico enim, quo Pop. Rom. sub Regibus erat, *h. l.* multa dici non possunt, cum illo tempore unicuique tantum Magistratus, nempe Tribunus Celerum erat. *l. 2. §. 15. ff. de O. I.* Eberlin. *comment. ad d. l. c. 13. n. 8.*) quæ Magistratum potentia magis magisque gliscere cœpit, tandemque in omne vis & rapinæ genus erupit, diversæ contra illorum avaritiam & concussiones LL. latæ sunt; Et primò quidem *Legibus Decemviralibus*, in Judicem, arbitrumve jure datum, qui ob rem judicandam pecuniam accepisse convictus erat,

B a

pœna

pœna capitalis statuta fuit, Broid. ad Pollet. *Histor. for. Rom.* l. 5. c. 10. p. m. 483. Et cum Lex Decemviralis paulatim desuetudine obsolesceret, de *Repetundis* LL. latae sunt. Nam trecentesimo ferè post XII. latus L. Calpurnius Piso & Cæcilius Trib. Pleb. rogationem eodem anno tulerunt. *Id. d. l.* Ant. Augustin. de LL. & Sct. voce: *Cacilia & Calpurnia*. Calvin. in calce Lex. Jur. de LL. Rom. sub iisd. vocib. Quam secuta sunt Servilia & Acilia & alia plures, quibus provinciæ à rapinis Magistratum nonnunquam vindicatae fuerunt. Ant. Augustin. & Broid. *dd. ll.* Inter quas Cornelia à Cornelio Sylla, postremò Julia à Julio Cæsare lata est. Broid. *d. l.* Hæc ultima omnium celeberrima habetur, quam Jcti quoque Veteres, quorum fragmenta adhuc in Pandectis supersunt, suis responsis variè excoluerunt. Capita ejus non pauca fuisse argumento est, quod in M. Cælii ad Ciceronem Epistolis (est Epistola 8. libr. 8.) capitis unius & centesimi mentio fiat, sicut hoc prælaudatus Augustin. de LL. & Sct. P. R. sub *L. Iul. repet.* circa ullam dubitationem, L. Juliae adscribit. Inter hæc cautum, ne provinciæ Præsidium avaritia premerentur, aut exhaurirentur, ne illi qui provincias regebant, quive circa eos erant, negotiarentur, nec mutuam pecuniam darent, fœnusque exercerent. Sed nec uxorem ducere ex illa provincia, cui præerat ortam, oriundam, vel domicilium habentem poterat, nec filio uxorem talem ducenti consentire Magistratus. Broid. *d. l. conf. l. 46. ff. de contr. empt. l. 8. §. 1. ff. ad L. Iul. repet.* Add. de prohibita ædificatione navis *l. 46. §. 2. ff. de Iur. Fisc. l. 3. ff. de vacat. muner.* Subsequentibus temporibus Imperatores Romanos Legem Juliam rescriptis suis temperasse, auxisseque, cum ex *l. 6. §. 3. ff. de Off. Proc. tum ext. C. ad L. Iul. Repet.* apparet. Exemplo id constat, quòd, cum Lex Julia non aliam Magistratibus pœnam constitueret, quam, ut infirmato contractu æstimatio eius, quod contra Legem emptum donatumve esset, fisco inferretur, arg. *l. 46. §. 2. ff. de Iur. Fisc.* Imperatoribus Severo & Antonino placuit, ut quisquis contra legem fecisse probaretur, non modo rem amitteret, sed etiam in quadruplum, fisco utiq; applicandum, condemnaretur *l. 46. ff. de contr. empt.* Ant. Fab. *Rational. ad eand.* Tandem Imp. Justinianus jus vetus, si non auxit, ut auctum existimat Faber *d. l. tamen*

tamen egregiè illustravit ac disposuit constitutione *L. un. C. de contr. iudic.* quam postea Leo Imp. Nov. 84. aliquantum correxit.

XVII. De causa impulsiva, quam minus principalem constituimus, jam ex thesi præcedente constare potest, quam scil. ob causam potentatus inter impedimenta civilia relatus sit. Varias quidem refert rationes Alciat. *ad l. 33. ff. de reb. cr. sed*, ut ex Dd. videre est, omnium ferè principalissima est præsumpta vis & concussio, ut Imp. Leo *d. Novell.* ipse ostendit. vid. omnino Cicero *Orat. in Verr. lib. 4. num. 9. & 10.* Cujac. *lib. 16. obs. c. 13. & ad l. 3. C. si cert. pet.* Hanc maximè Magistratus provinciales exercere poterant. His enim amplior grassandi in provinciales fenestra eo ipso aperiabatur, quod in provincias summo ferè cum imperio & potestate mitterentur, & ut *l. 7. §. ult. ff. de offic. proc.* plenissimam Jurisdictionem, nec quenquam superiorem nisi principem haberent, *l. 8. ff. eod. l. 4. ff. de Offic. Prat.* præterea quoque satis intelligerent, quod quicquid agerent facerentve, ad aures principis tam facile pervenire non posset, sicut illorum facta, qui Romæ sub oculis Imperatoris erant constituti. Hoc probè cognovit Verres ille Prætor Siciliensis apud Ciceronem, qui qualis vir fuerit, quantaque furta & deprædationes tam palàm, quam sub specie & prætextu Officii commiserit, graphicè depinxit Cicero Orationibus in eum, præsertim *lib. 4.* Cujusmodi exempla plura afferri possent, nisi brevitati studeremus. Quanta vero pericula Reip. immineant, crescentibus indies istorum hominum fraudibus & rapinis, quot Rerump. mutationes & lapsus inde orti sint, Politici Historicique respondebunt. Exemplum mutatae Reip. ex Aristocratia & Democratia mixtae memorabile exhibet nobis Tacit. *l. 1. Annal. c. 2. v. 4.* ad quem vid. not. Dn. Bœcleri. Ex parte subditorum alia quoque causa *ωενηλατην* nominari potest, cujus mentionem facit *l. 1. C. ne lic. potent. patr. Zas. ad l. 33. ff. de R. Cr. Wesenb. ad d. Tit. ne lic. pot.* scil. illorum querelæ & supplicationes ad Imperatorem; quanquam nec hæ semper intercedere solent, cum sæpe ne de gravissimis quidem injuriis à Magistratibus vel eorum administris sibi illatis, metu indignationis, damnique futuri periculo favoris commodique præsentis, queri audeant.

XVIII. Pervenimus nunc ad causam materialem sub-
 jectivam, quam constituunt personæ in Officio publico, in
 quod concussionis suspicio cadere potest, constitutæ; Et quidem
 illæ vel propria potestate, imperio & officio suo subditis terri-
 biles sunt, ut Magistratus *l. vn. C. si Rect. prov.* vel aliena potesta-
 te tales præsumuntur, ut sunt, qui circa Magistratus sunt *l. 33.*
ff. de reb. cr. Rubr. C. de contr. judic. Rub. & l. un. C. si Rect. prov. Alciat.
ad l. 34. n. 9. ff. de R. Cr. confer l. 0. 21. Dicis; annon iniquum est,
 Magistratibus & Officialibus eo interdici, quod Juris gentium
 & relegatis, imò deportatis etiam licitum est, *l. 15. ff. de interd. &*
releg. nunquid deterioris erunt conditionis propter Officium
 suum, quod tamen nemini debet esse damnosum *l. 29. ff. ex quib.*
caus. maj. l. 6. C. de his que vi meth. Ad hoc resp. cum Fabro Rational.
ad l. 33. ff. de R. Cr. & l. 46. ff. de contrah. empt. Reip. & privatorum
 interesse, ut voluntates illorum sint maneatque liberæ; ne
 itaque potentia majorum opprimerentur, LL. & mandatis
 Principum commercia inter Magistratus & subditos fuisse sub-
 lata. Quod ad Magistratus attinet, nihil interest, utrum tem-
 porales sint Magistratus, an perpetui, arg. *l. un. C. de contr. judic. l.*
3. C. si cert. pet. Temporales describimus, vel quorū officio certum
 tempus Lege præfinitum est, exemplo Magistratum annuorū;
 vel, quorum officium certo quidē tempore determinatum non
 est, tamen in breve tempus, puta in biennium vel triennium, à
 principe dari consuevit. arg. *pr. Inst. de perpet. & temporal. act. l. 30.*
pr. ff. de Excusat. Alciat. *ad d. l. 34. ff. si cert. pet. n. 3.* Perpetui quinam
 sint, ex opposito facile potest intelligi. v. Gothofr. *ad d. l. 30. Ant.*
Fab. Rat. ad d. l. 34. C. I. A. tit. de Offic. Adseff. th. 30. Vbi Glossa, *τὸ per-*
petui in d. l. 34. pro iis accipiens, qui perpetuo in provincia habi-
 tabant, non adeo reiicienda videtur, quia, ejusmodi Officiales
 perpetui semper in provincia manebant, nec à Præside eò secum
 ducebantur. Cuiac. *ad l. 3. C. si cert. pet.* Perez. *C. de cohortal. n. 14.*
 Hic illi quoque perpetui intelliguntur, quorum officia incer-
 ta sunt, præsumptione sunt perpetual. *l. 56. pr. ff. de cond. indeb. d.*
l. 30. pr. ff. de excus. Zas. ad l. 33. verb. secundo limitate in fin. ff. de R.
Cr. Qualia etiam intelliguntur ea, quæ à beneplacito Principis
 unice dependent. Bart. *ad l. 5. §. 7. ff. de O. N. N. Mudæus ad l. 62. ff.*
de contr.

de contr. empt. Pac. tr. de empt. vend. c. 8. §. 97. nisi Princeps concessionem suam ad benè placitum restrinxerit, Gothofr. *ad d. l. 30.* & Bodin. *l. 4. de Rep. c. 4.* Eiusmodi enim formulæ precarii naturam sapiunt.

XIX. Quanquam vero omnes ferè Dd. quorum haud paucos *supr. th. 14.* jam enumeravimus, sint in contraria sententia, quod Magistratus perpetui contrahere non prohibeantur, per *l. 34. pr. ff. de reb. cr. placet tamen Decii & Saliceti ad l. 33. ff. de reb. cr. & ad l. solent. 6. §. fin. ff. de Offic. Pro c. Fachin. l. 2. contr. c. 78. Pac. tr. de mutuo c. 5. §. 20.* Bachov. *ad Treutl. vol. 1. D. 20. th. 4. lit. b. & D. 28. th. 3. lit. a. & b.* Dn. Strauchii *Dissert. Justin. 13. th. 3. fin.* sententia, non solum quod *L. un. pr. & §. 2. C. de contr. judic. & l. 3. C. si cert. pet. cui add. l. 62. ff. de contr. empt.* indistinctè loquantur, sed etiam propterea, quod in perpetuis æquè, (imò magis,) militet ratio præsumptæ concussionis, quam in temporalibus. Dn. Strauch. *d. l.* Non enim brevi tempore facilis peccandi datur occasio. *Brunnem. ad l. 10. C. de Adsess. & Dom. Aristot. l. 5. pol. c. 8. l. 3. c. 4. ibique.* Heins. Nec hi adeo insolescere incipiunt ut illi; quo pertinet locus insignis apud Tacitum *l. 2. Annal. c. 36.* superbire homines etiam annua designatione, quid si honorem per quinquennium agitent? hæc nimirum causa est, cur antiquitas provinciarum dignitates annua successione reparari inspexerit. *Cassiodor. l. 7. var. 2.* Nec obstat illud, quod ex Dione refert *Clapmarius l. 2. de Arcan. Rer. c. 19. Tholosan. l. 4. de Rep. c. 5. n. 36.* Tiberium rogatum (scil. cur Magistratus perpetuos esse sineret) respondisse, hirudines multo sanguine hausto quiescere; recentium morsus esse acerrimos. Nam ut interdum & in hypothesi verum esse posset; ita in thesi contrarium obtinere, cõmuniter Politici notant, ut videre est ex *Bod. l. 4. de Rep. c. 4. Tholosan. d. l. n. 35. & 37. Lips. l. 4. pol. c. 9. n. 43. Clapmar. l. 2. de Arc. Rer. c. 11. 14. 18. & 19. cõf. & Perez. C. de dignitat. n. 10.* Quare in hac quæstione, utrum temporales Magistratus potius sint constituendi, quam perpetui, cuiuslibet gentis indoles probè inspicere debet, ut fecit *Petr. de Andlo. l. 1. de Imp. Rom. Germ. c. 9. & alii.* Neque hoc infringere videtur, quod *Brunnem.* (qui tamen *ad l. 3. C. si cert. pet.* & aliis locis ab hac nostra sententia

non

non alienus videtur) ad *l. un. C. de contr. judic. n. 11.* regeat, Magistratus perpetuos magis circumscribi, ne potestate sua abuti possint: nam hoc illud ipsum est remediū, si à contractibus similibusq; negotiis arceantur, ne sua potestate abutantur. Accedit hoc quoq; ad nostræ sententiæ probationem, quod sub Principibus Magistratus pleriq; diuturniores, quam annui, esse cœperint. Ita Tib. Imp. imperia Magistratuum continuavit, ac plerosq; ad finem vitæ in iisdem Exercitiis aut Iurisdictionibus habuit. Tacit. *l. 1. Annal. c. 80.* Sueton. *in Tiber. c. 41.* Et jam tempore DD. Antonini Pii & Commodi Imp. paulo ante Paulum, cuius est *l. 34. ff. de R. Cr. Præf. Præt.* (quem tamen Magistratum huic prohibitioni obnoxium fuisse adversæ partis Dd. Alciat. *ad l. 33. ff. de R. Cr. n. 1.* Ant. Faber. *ad l. 46. ff. de contr. empt. scribunt*) non annui, non bimi, non trimi, sed ex principum voluntate, vel perpetui, vel momentanei erant; ut Pet. Fab. *l. 1. Semestr. c. 2.* ex Lamprid. *in Commod. c. 6.* probat, cui add. *c. 14. & Capitol. in Antonin. Pio. c. 8.* Guther. *l. 2. de Offic. Dom. Aug. c. 5.* sicut etiam Præf. Urbis Lamprid. *d. c. 14. & Capitol. d. l.* vid omnino Spartian. *in Nigro c. 7.* Sub Imp. Justiniano idem adhuc in usu fuisse argumento est, quod Præsidum, quamvis annuorum, Cassiodor. *l. 6. var. epistol. 23. & 12.* imperium sæpius prorogatum fuerit. Idem Cassiodor. *l. 7. var. c. 2.* Adduci huc pariter posset, quod *l. un. §. 3. C. de contr. judic. & l. un. C. si Rect. prov.* prohibitio etiam Domesticos teneat & Cancellarios, juxta Alciat. *l. 34. ff. de R. Cr. n. 9.* quos tamen perpetuos fuisse, ipse Brunne-
mann. *ad l. 5. C. de Assessor. n. 11. & C. I. A. tit. de Assessor. th. 30.* docent.

XX. Quibus positis, ad *d. l. 34. pr. ff. de R. Cr.* responde-
mus; quod Paulus loquatur de Officialibus Præsidis, non de ipso Præside. Nec enim, sicut Magistratus duratione & diuturnitate Officii potentiores reddebantur, ut dictum est, eodem modo & Officiales eorum; præterquam enim, quod Officiales, qui perpetuo in provincia commorabantur, varia ratione circumscripti erant, Pancirol. *Notit. Imp. Or. c. 158.* Bulenger. *d. Imper. Rom. l. 6. c. 18.* Perez. *C. de cohortal. & Princip. n. 14.* haud difficulter intelligitur, faciliorem provincialibus contra perpetuos, qui circa diversos Magistratus agebant, quam temporales, qui

qui cum uno tantum versabantur, regressum dari: Quæ ratio in Magistratibus nõ militat. Eandemq; distinctionem tuentur, Fachin. l. 2. contr. c. 78. Bachov. ad Treutl. vol. 1. D. 20. 0. 4. lit. b. Nec movet, quod illi dicunt, si LL. Justinianæ de perpetuis quoque Magistratibus accipiantur, summa cum injustitia eis hoc modo omni commercio in perpetuum interdictum fore, Zas. ad d. l. 33. Ant. Fab. Rat. ad eand. & ad d. l. 46. ff. de contr. empt. Besold. Disp. de Mutuo. th. 16. n. 5. Sicut enim Magistratus Urbani à principe impetrare possunt, ut contrahere sibi liceat; ita, quamvis Magistratus Provinciales ne quidem ex principali rescripto cum provincialibus de cætero negotiari possint, tamen ab eisdem res necessarias, vel à peregrinis etiam non necessarias comparare nullibi prohibentur. Rectè igitur supponitur, prohibitionem commercij Universalem injustam esse, nisi scil. ex alia causa fiat, malè vero subsumptum probatur, scil. ex interdicta Magistratibus perpetuis negotiatione, qualis ad temporales refertur, prohibitionem istam Universalem fluere.

XXI. Nec 2. interest, utrum Magistratus sint Urbani, an Provinciales. arg. l. un. C. de contr. Judic. Azo in Summ. C. h. t. Donell. l. 12. comm. jur. civ. c. 23. Pac. meth. C. de contr. jud. Perez. Cod. eod. C. I. A. tit. de off. Ass. th. 27. & tit. de R. cr. th. 9. n. 9. etsi illis, quam his, semper plus fuit concessum, arg. d. l. un. Cuiac. l. 6. obs. 18. Perez. d. l. Huc referre liceat Inelytæ Reip. Argent. Præfectos minores, die Amptleuthe und Bögte/Statut. de Anno 1626. Nec 3. discrimen facimus inter maiores & minores, arg. d. l. un. C. de contr. jud. ibiq; Gloss. l. un. C. si quac. præd. pot. l. pen. C. de his quæ vi met. Azo in Summ. C. de contr. jud. cum & horum potestas (quæ qualis quanta fuerit, ex eorum speciebus intelligere est. v. Cuiac. Parat. ff. de off. Quest. tit. de off. Præf. annon. tit. de off. Præf. Vigil. C. I. A. iisdem t. t. Eberlin. de O. l. c. 32. & 33. jungatur Vult. Iurisp. Rom. l. 1. c. 13.) terribilis esse possit. arg. l. 2. C. ne rustican. ad ull. obs. Nec 4. refert, sive Romani, sive municipales sint. Gloss. ad. d. l. un. C. de contr. judic. Azo. d. l. & in comm. C. si quac. præd. pot. quia & municipalibus Magistratibus modica coercendi, l. 12. ff. de Iurisd. ibiq; Gloss. l. 15. §. 39. de iniur. l. 52. §. 12. ff. de furt. de levioribus delictis cognoscendi, reosque competenti castigationi tradendi, po-
C
testas,

testas competebat, Nov. 15. l. 6. conf. Bach. ad Treul. v. 1. D. 3. th. 3. lit. G.
 Nec §. distinguimus inter paganos & militares, l. 63. ff. de rit.
 nupt. Nec §. denique aliud statuimus in Secularibus, aliud in
 Ecclesiasticis. c. 2. X. de de alien. jud. mut. Eorum nomine, qui
 circa Magistratus sunt, intelligimus Consiliarios & Domesti-
 cos illorum, arg. Rubr. & §. 3. d. l. un. C. de contr. judic. Rubr. & l.
 un. C. si Rect. prov. Donell. l. 12. comm. jur. civ. c. 23. de quib. v. Cuiac.
 l. 4. obs. c. 22. & in comm. ad C. si Rect. prov. Alciat. ad l. 33. & l. 34.
 ff. de R. Cr. Buleng. l. 4. de Imp. Rom. c. 38. & similes personas, in
 quas suspicio hæc cadere potest. Item, Magistratum conjugem,
 liberos, nepotes, amicos, l. un. C. si Rect. prov. l. pen. C. de his,
 quæ vi met, & liberos Alciat. ad d. l. 34. ff. de R. Cr. n. 9. C. I. A. tit. de
 off. Assess. th. 27. Huc referri possunt Scribæ sive Actuarii in ter-
 ritorio Argentoratensi, (die Amptschreiber) ut quibus commer-
 cio emptionis rerum immobilium cum subditis ejusdem
 districtus est interdictum. Decret. de Anno 1678. Cæterum, quæ
 de Magistratibus, & Officiis, ut subjecto potentatus hæctenus
 diximus, non indistinctè, sed pro subjecta materia, intelligi de-
 bere, vel exemplo Fisci & Reip. constat, quippe quibus patro-
 cinio quidem privatis præstando interdicitur t. t. C. ne Fisc. vel
 Resp. quam prohibitionem vero ad alia objecta promiscue nemo
 prudens extenderit. Nec enim cui patrocinio interdictum
 est, eidem aliis illicitò actibus interdictum esse, rectè inferitur.

XXII. Quamvis vero Jus Civile hæc omnia circa per-
 sonas principales earumque adherentes prudenter disposue-
 rit, vidit tamen minime ea sufficere, nisi ad intermedias etiam
 personas traherentur. Sicut e.g. Magistratibus Officiisque non
 solum per se cum suis subditis contrahere interdixit, verum et-
 iam per personas inter medias l. 46. ff. de contr. empt. l. 46. §. 2. ff. de
 jur. fisc. l. un. §. fin. C. de contr. jud. §. F. 13. v. prohibemus quemadmodum
 L. Julia repetund. cautum fuit. l. fin. C. eo. tit. Nov. 161. c. 1. Myler.
 Hyparch. c. 12. §. 24. n. 47. solent enim magis suspecta esse, quæ
 clam fiunt. l. ult. ff. de rit. nupt. & per interpositam personam l. 5.
 §. 3. ff. de auth. & cons. tut. l. 91. ff. de acquir. hered. Gothofr. ad l. 46.
 ff. de contr. empt. Alciat. ad l. 33. ff. de R. Cr. n. 10. Fab. Rat. ad d. l.
 33. Intermediæ hæc personæ sunt vel propinqui, familiares &
 domesti-

domestici, imò & officiales illi, qui alias per se mutuum dare, aliterve contrahere cum subditis non prohibentur, *l. 34. pr. ff. de R. Cr.* ne si hoc modo permitteretur, legi fraus fieret; vel extraneæ, quarum ministerio & opera Magistratus, ut eò facilius fraudem occultent, plerumque solent abuti. Nec interest, pari ne polleant, qua sui principales, potentia, an minore vel nulla. Lex enim non harum, sed principalium respexit qualitates & conditionem; quanquam in materia Advocationis eo casu, quo potens alterius potentis litigantis patrocinium in se suscipit, hoc modo distinguendum videtur. *Sichard. ad l. 1. C. ne lic. potent. patr. n. 5.*

XXIII. Porro, quemadmodum potentiores ea, quæ agere prohibentur, per inter medias quoq; personas prohibentur; Ita pari ratione eadem neq; pro se & suo nomine, neq; pro aliis, seu alieno nomine, facere possunt, excepto publico, puta Universitatis, cui præsunt, per *l. 11. ff. de usur. Socin. reg. 342. Alciat. ad d. l. 34. ff. si cert. pet. n. 6.* Ita non potest Pater Magistratus pro filio suo ex eadem provincia uxorem ducenti, tam emancipato, quam suo, consentire, *l. 57. ff. de R. N. Fab. Jurispr. Papin. lib. 1. t. 9. princ. i. illat. 12. post med.* poterit tamen filia, *l. 38. §. fin. ff. de rit. nupt.* propter cessantem concussionis suspicionem. *Salicet. ad d. l. 38. Fab. Jur. Papin. d. l. circ. fin. Alciat. ad d. l. 34. n. 11.* (quod quæ ratione Leo Imp. Nov. 23. correxerit, aliis cogitandum relinquo.) Eodemque pertinet *t. t. C. ne lic. pot. patroc.* quo potentioribus postulatio-
ne contra minus potentes interdictum est.

XXIV. Ex thesibus antecedentibus apparet, subiectum potentatus à nobis propositi esse personas Magistratum & Officiorum, in quas concussionis suspicio cadere potest. Cum vero subiectum illud tanquam activum secundum naturam correlativorum ad passivum suum referatur, consequens est, ut etiam de subiecto eius patiente nonnulla dicamus, quod paucis expediemus. Itaque illi, quos Magistratus & Officia concutere præsumuntur, sunt qui eorum Jurisdictioni vel Officio sunt suppositi, *arg. t. C. si quac. præd. pot.* sive ibi domicilium habeant, sive inde oriundi sint, *arg. l. 38. pr. ff. de rit. nupt.* Uno nomine subditos eorum intelligas; qui tamen in relatione ad Ma-

gistratus & Officia ita se habeant, ut metus aliquis in illis pos-
 sit præsumi. Unde dici potest, non interdictas esse nuptias,
 vel contractus, Magistratibus cum suis familiaribus aut con-
 junctis, *arg. l. 1. §. 1. ff. ad L. Iul. repet.* quia hos potius amare, quam
 odio habere præsumuntur, *l. 8. §. fin. ff. quod met. caus. l. 7. C. de curat.*
fur. Wesenb. de probat. n. 16. Menoch. l. 5. præsumpt. 40. n. 17.
 Cum autem subditi variis modis dicantur, quæritur, utrum
 potentatus contra eos exerceri præsumatur, qui quasi subditi
 sunt, & temporarii vocantur, *Grot. l. 2. de I. B. & P. c. 11. §. 5. ut ad*
venæ, peregrini, in provincia Magistratum cum eisdem con-
trahentes. Negat Gloss. & communiter Dd. ad d. l. 33. ff. de reb. cr.
Cacheranus, qui & Olascus allegatur, Decis. Pedemont. 144. n. 14.
Socin. tr. regul. 342. Tapat. Decis. tit. 338. Peregrin. de jur. fisc. l. 4. tit. 7.
n. 11. & alij. Sed ab his dissentit Ant. Fabr. Rat. ad d. l. 33. ff. de R. Cr.
cui & nos ad stipulamur, cum arg. l. pen. C. de his quæ vi met. l. 46. §. 2.
ff. de Iur. Fisc. l. 62. ff. de contr. empt. & l. 16. C. si cert. pet. tum hac ra-
tionem, quia, intrando territoriū huiusmodi Magistratus provin-
cialis, sese ejus LL. & imperio subicere, eisq; tamdiu subjacere
creduntur, quamdiu ibi agunt & permanent. Fab. d. l. Struv. Ex.
2. th. 12. Grot. d. l. & l. 2. c. 2. Quid, quod ejusmodi personæ poten-
tatui Magistratum facilius sint expositi, quam subditi ordi-
narii, vid. Exod. c. 22. vers. 21. ibi: die Frembdlingen so thu niche
schinden/ noch unterdrucken. add. c. 23. vers. 9. Levit. c. 19. vers. 33. &
seq. Deuter. c. 24. vers. 17. Numer. c. 15. vers. 14. & 15. Ideoque æqua-
le jus advenis cum originariis reddendum esse, toties injun-
gitur. Quod, cum de iis quasi subditis intelligamus, qui nul-
las res immobiles in ea provincia possident, nullum de his, qui
res immobiles ibi sitas habent, dubium relinqui videtur, cum
illarum respectu quoque subditi sint & vocentur. Myler. de prin-
cip. & Stat. Imp. p. 2. c. 40. §. 3. Cui posteriori generi etiam suf-
fragatur laudatum Statutum Argentorat. de Anno 1629. der
Statt Straßburg Ampfleuthe. ibi: keine ligende Güter / & ibi:
Underthanen oder andern Frembden. Quid si nullum domici-
lium ibi habeant, nullasve res in provincia Rectoris possi-
deant, sint tamen inde oriundi, quid dicendum? Et verius vi-
detur per l. 38. pr. ff. de R. N. & arg. l. 29. ff. ad Municip. quod contra-
hendo

hendo cum ejusmodi subdito originario Rector potentatum suum exercere præsumatur, quamvis dissentiat Gædd. ad l. 190. ff. de V. S. n. 7.

XXV. Materia objecta Potentatus adæquata sunt actus per se liciti, qui tamen, quia in eos vis potentioris influere potest, in jure pro illicitis habentur. Sunt autem illi, vel judiciales, vel extrajudiciales. Judiciales dicimus, qui ad iudicium referuntur; Extrajudiciales contra. Exempla judicialium expressa sunt, *l. in Rubr. & t. t. C. ne licet potent. patrocinium litigantibus præstare, vel actiones in se transferre.* Ubi potentioribus & Advocationis & Procurationis Officio aperte interdictum est; Quod, quanquam verba Legum Rubro subjectarum in personam actoris scripta sint, ita ut ex parte actoris potentiores neque Advocando, neque Procurando intercedere possint, non tantum ex parte Actoris, sed Rei quoque rectè intelligitur; cum & Rubrica tituli generalis sit, ibi: *Litigantibus,* & ratio, quæ in respectu potentioris & minus potentis, atque ita in præsumpta vi, consistit, utriusque communis sit: quæ haud obscure indicatur in *l. 1. ibi: ut judiciaria lites potius suo Marte discurrerent, quam potentiorum domorum opibus niterentur.* & ibi: *cum intersit in Vniversum omnium, & præcipuè tenuiorum, qui sepe importunis potentium intercessionibus opprimuntur d. t. imò ex parte rei eo fortius & efficacius se ostendit, quo majori favore & beatitudine forensi aliàs partes rei munitæ sunt. Quis enim ignorat favorabiliores esse partes rei, quam actoris? quem latet beatiores esse possessores, quam petitores? Et facile ad stipulabuntur, qui effectum potentatus hujusmodi, vel proprio, vel alieno exemplo experti sunt. Add. Bart. ad d. l. 1. C. Ne lic. potent. S. Richard. C. eod. tit. n. 1. Brunnem. in Cod. eod. n. 4. Dissent. Cujac. l. 8. obs. c. 31. Frantz. l. 1. resol. 10. n. 11. & seq.* Et hæc ipsa ratio esse videtur, cur potentiorum nomine titulos prædiis affigere, vel eorum nomina in litem prætereundum sit. *l. un. C. de His, qui potent. nom. tit. præd.* Ita enim habent verba textus: *Animadvertentes plurimos iniustarum desperatione causarum potentium titulos, & clarissimæ privilegia dignitatis, his, à quibus in jus vocantur, opponere.* Et ibi: *Quisquis igitur lite pulsatus (cum ipse & rei sit pos-*

fit possessor & juris & titulum illatatae solenniter pulsationis exce-
perit) contradictoriis libellis, aut titulis alterius nomen crediderit in-
gerendum. Suffragatur l. fin. C. Ne Fisc. vel Respubl. ubi reis con-
ventis patrociniū Fiscale in fraudem creditorum implorare
diserte prohibitum est. In eundem sensum justissimè rescri-
pserunt Dioclet. & Maxim. A. A. in l. pen. eod. à seculo suo abhorrere,
sub pretextu debiti procurationem contra privatos Fiscum prestare. add.
l. 1. eod. quibus pariter generalitas Rubricæ favet, ibi: procuratio-
nem patrociniū causa in lite prestat. Utrum hæc in causis crimi-
nalibus, itemque eo casu, quo jam ex parte adversarii poten-
tior consistit, procedant, vid. Sich. in C. d. l. n. 6. & seq. Frantz. l.
1. resol. 10. n. 39. & 40. Dn. Brunnem. ad d. l. 1. C. Ne lic. pot. patr. n. 6.
ubi etiam casum miserabilium personarum excipit: Quod ta-
men non facile dixerim: cavendum enim, ne pretextu mi-
sericordiæ publica utilitas & jus tertii periclitetur. Illos
vero non moramur, qui, quod de Procuratione statutum est,
l. 1. C. ne lic. potent. ibi: procuratores in subsidia &c. & Rubr. Ne Fiscus &c.
ibi: procurationem alicui. præcipue vero l. 3. ibi: debiti procuratio-
nem &c. eod. ad eam solam restringendum esse statuunt; Advo-
cationem vero cautioni Legis subducere conantur; quorum
opinionem cum rationis cõmunionem, tum solam vocem patro-
ciniū refragari sufficit. consent. Gloss. & Bart. ad l. 1. C. ne lic. potent.
Sich. ad Rubr. & l. 1. C. eod. Bach. ad Treutl. v. 1. D. 9. th. 6. lit. C. Frantk. d.
l. n. 24. & seqq. II. Exemplum est in l. 5. C. de Testib. Si quando enim
contingat, ut testis pro Magistratu suo vel contra Magistratū suū
(positis terminis habilibus) sit producendus, cautum est in d. l. 5.
ut pro idoneo non habeatur; cum metuendum sit, ne fidem
religioni judiciariæ debitam potentatui postponat, add. l. 6. ff.
eod. ibiq. Gloss. c. 4. quest. 3. can. 3 §. eos testes. Sichard. ad d. l. 5. C. I. A.
lib. 22. t. 5. th. 8. n. 12. Admitti ergo hujasmodi testes non de-
bent, nisi eo casu, quo vel idoneorum non sufficiens numerus,
vel plane nulli haberi possunt, arg. l. 8. §. 6. C. de repud. c. 38. in fin.
X. de Test. Brunnem. ad d. l. 5. ubi Mascard. & Farinac. hanc in rem
allegat, & addit, quod tum minor fides eis adhibenda sit. Aliàs,
si plane rejicerentur, fieret, ut Magistratus nunquam inveni-
rent testes suorum actorum, quod absurdum. Sichard. d. l. 5. n. 4.
 Ita

Ita de praxi hodierna eos admitti, testatur Carpz. *Jurispr. Forens.* p. 1. c. 16. d. 46. hoc tamen sub modo, & conditione, ut juramentum, quo suis Magistratibus obligati sunt, eis prius remittatur. Sich. *d. l. Brunnem. d. l. per d. c. 38.* Eck. *Pand. tit. de Test. §. 3. n. 3.* C. I. A. *d. l. th. 10. n. 16.* ubi tamen hanc remissionem consuetudinariam, supervacuum subtilitatem vocat, & quæ potentatum parum summoveat. III. Exemplum cōstituo in persecutione jurium potentioribus cessorum. Eo ipso enim, quo potentioribus actiones aliorum in se transferre prohibitum est in Rubr. *Ne lic. potent. &c. ibi: vel actiones in se transferre. l. 2. ibi: cujuscunq; modi actiones ad potentiorum fuerint delatæ personas, eod. l. 2. ibi: partem rerum vel actionum dimidiam fisco, quo magis eius juribus protegaris, velle te donare, C. Ne Fisc. vel Resp. procur. v. infr.* facile intelligitur simul potentioribus, quo minus juribus sibi de facto cessis uti possint, interdictum esse. Quid, quod in *d. l. 2. C. ne Fisc. vel Resp.* ejusmodi cessiones jurium diserte sub nomine cessarum *litium* improbentur *ibi: huiusmodi litium donationem admitti temporum meorum disciplina non patitur.* Numquid ergo IV. Exemplum actuum judicialium in persecutione & defensione jurium, quæ ad potentiores citra cessionem ejusmodi spectant & pertinent, constituemus? Magistratus quidem majores sive Urbani (secus quam Alciatus *l. 4. Dispunct. c. 6.* putat) sive provinciales, temporales, durante Magistratu neque agere neque conveniri possunt, *l. 48. ff. de iudic. l. 16. ff. de Off. Pres. junct. l. un. C. ut omnes jud. Sichard. ad l. 25. C. de Procurat. Dn. Brannem. ad eand. n. 4. Dn. Strauch. Diff. iust. 21. th. 11. & 13.* hactenus tamen adduci non potui, ut ex ratione potentatus illud Jure Justiniano constitutum esse crederem. *Nov. 71. pr. & c. 1. l. 2. ff. de in jus voc. Wesenb. parat. h. t. n. 5. Rittershus. Expos. meth. Novell. p. 9. c. 9. n. 9. Brunnem. ad d. l. 25. C. de Procur. n. 4.* Quamvis prudentissime juxta & justissime facturos Legumlatores non negaverim, si litigia potentiorum non vulgari & communi modo exerceri patiantur, sed, quantum maximè fieri potest, constitutis Judicibus extraordinariis, aliisque viis, ab omni gratiæ potentatusque suspitione libera præstent, ne tenuiores libidine potentiorum deterriti, ad flebile desertionis consilium confugere ne-

re necesse habeant ; quod commendat Syracid. c. 8. v. 1. & 17.

XXVI. Inter Extra-judiciales actus occurrunt i. Matrimoniales ; Ubi silentio haud praemittendum esse existimamus, quam providi suae Reip. moderatores Romani quondam fuerint, dum bene intelligentes, quantum illam periculi Magistratibus provincialibus non solum mulierculas provinciales ad matrimonia ineunda concutientibus, sed etiam illarum facultates hoc πολιτεύματι ad se trahentibus Donell. l. 13. comm. jur. civ. c. 19. nimiumque ditescantibus, aliquando maneret, prudenter sanxerunt, ne cui ex illis, aut qui cum eis sunt, cum provinciae ejusdem mulieribus nuptias contrahere liceret, l. 38. pr. l. 57. l. 63. l. 65. §. 1. ff. de R. N. l. un. C. si rect. Prov. & c. Mastrill. l. 5. de Magistrat. c. 6. n. 121. & seqq. quib. add. n. 117. ubi refert, id quoque in Regno Siciliae sancitum esse, ne consanguinei, familiares & amici ipsorum Proregum, in Regno ubi regunt, matrimonia contrahant, & num. 121. ubi ex Surg. de Neap. Illustr. cap. 17. addit Magistratibus eorumque filiis matrimonia inire cum provinciali in consulto Principe, Imperialibus catholicisque jussionibus prohibitum esse, ratione concussionis & Officii autoritatis, quae in subditorum necem verti posset. Diximus, primo, Magistratibus Provincialibus : His enim solis interdictas nuptias existimamus, non Urbicis, Donell. l. 12. comm. jur. civ. c. 23. argumento, quod in omnibus Legibus mentio fiat provinciae ; & ratio prohibitionis non aequè fortiter in Urbanis, quam in Provincialibus militet, arg. l. un. C. de contr. judic. Perez C. h. t. Diximus, secundo, nuptias : nam quod sponsalia celebrare possint, id certo certius est per l. 38. pr. ff. de rit. nupt. Bart. ad l. 33. ff. de R. Cr. Sichard. ad l. un. C. si Rect. Prov. n. 7. vid. tamen n. 4. & ad t. C. si quac. praed. pot. n. 1. Donell. d. l. Cuiac. ad l. un. C. si Rect. prov. Garf. Mastrill. d. l. n. 123. Fab. Jurispr. Papin. lib. 1. t. 9. princ. 1. illat. 12. pr. Brunnem. ad d. l. un. C. I. A. tit. de nupt. th. 16. n. 8. & de Sponsal. th. 4. & plures alii, quos brevitatis causa omittimus. Dissent. Alciat. ad l. 33. ff. si cert. pet. n. 2. Gothofr. ad d. l. un. C. si Rect. prov. lit. h. Pac. meth. ad d. l. un. C. de contr. judic. n. 5. & Analys. C. si Rect. Prov. ubi distinguit iuter Praesidem & alia officia provincialia C. I. A. tit. de Offic. Assess. th. 37. n. 7. Neq; obst. (1.) l. 1. C. si rect.

prov

prov. Nec (2) l. 15. cum l. seq. ff. de sponsal. Wefenb. w. eod. tit. n. 4. vid. l. 14. ff. de sponsal. l. 10. §. 1. ff. de his, qui not. infam. Confer l. 1. C. de sponsal. l. 2. C. de divort. Sichard. ad d. l. un. si Rect. prov. n. 8. Everhard. loc. top. à destruct. conseq. ad destruct. anteced. n. 4. Dicis: si sponsalia non sunt prohibita, contra vero nuptiæ, unde hoc, quod Præses prov. veterem suam sponsam tempore officij in uxorem ducere possit. d. l. 38. §. 1. ff. de rit. nupt. Azo in summ. C. si Rect. prov. n. 3. (qui tamen in Comment. ad d. l. in fin. expresse sibi contradicit) & alij. Sed facilis est responsio: ipse enim textus distinguit inter sponsam veterem & novam. In sponsalibus quippe veteribus, h. e. ante Præsidatum, adeoque quasi à privato contractis, ratio prohibitionis cessat. Fab. Jurispr. Papin. libr. 1: t. 9. pr. 1. ill. 12. circ. pr. Hoc tamen, quod de cessante ratione concussionis dictum est, non extendi velim ad illum casum, quo mulier provincialis sponte & motu ultroneo nuptias Præsidis appetiit. Nihil magis enim tum jure subsistere nuptias arbitror, arg. l. 6. C. de nupt. l. 65. §. 1. ff. de rit. nupt. cum contra LL. quæ hoc quoque casu concussionem præsumunt, & publicam honestatem, Fab. d. l. in pr. quæ in nuptiis maximè spectatur l. 42. ff. de R. N. l. 197. ff. de R. I. in ita sint. Cæterum concubinam ex ea provincia, in qua quis aliquid administrat, habere Jure Justiniano potuisse, textus expressus est, in l. fin. ff. de concubin. Cuiac. comment. Cod. si quac. præ. pot. Mastrill. l. 6. de Magistr. c. 10. n. 87. & seqq. Cum hætenus dictum, non posse Præsidem matrimonium cum sua provinciali inire, nunc quæram, quid statuendum, si in Provincia Patria administrat? Videtur primo intuitu hæc quæstio esse Domitiana, quoniam in sua Patria Præsidi non licet administrare, Rubr. C. ut null. Patr. sue admin. l. ult. C. de crim. sacril. Mastrill. l. 2. de Magistr. c. 7. n. 1. & seqq. cujus ratio peti potest ex Paul. l. 5. sentent. tit. 12. Gothofr. ad d. l. un. C. ut nulli & c. lit. g. Sed sciendum, nos in hac quæstione præsupponere terminos habiles, scil. eos, quando Princeps speciali beneficio Præsidi Patriæ suæ administrationem permittit, d. Rubr. ut null. lic. ibi: sine speciali permisso principis. d. l. fin. C. de Crim. sacril. l. 38. pr. ff. ex quib. caus. maj. aut officium sic fuit ab initio institutum, Salic. ad d. l. 33. ff. de R. Cr. Quibus terminis positus, ad quæstionem propositam resp. affirmando, arg. l. 65. pr. ff. de R. N.

D

Zal. ad

Zaf. ad l. 33. ff. de R. Cr. Fach. l. 2. contr. 78. Fab. Jurispr. Papin. d. l. in fin. vel ideo, quod ut indigena suis provincialibus minus terribilis videatur, quos potius diligere præsumitur. Bart. ad d. l. 33. Donell. l. 13. comm. c. 19. vel, quod aliàs cives ab officiis publicis in Patria sua gerendis revocarentur, vel à nuptiis liberorumque procreandorum studio interim abstinere cogerentur, si non in aliena provincia uxores quærere mallent; quæ omnia à Reip. utilitate essent aliena, Fab. d. l. Fachin. d. l. vel, quia ab omni concussione suspicione liber videatur, quem ipse Princeps speciali beneficio dignum judicavit.

XXVI. III. Contractus. Contractus h. l. omnis generis intelliguntur arg. rubr. C. de contr. jud. Sich. ad l. 3. C. si cert. pet. n. 1. Zaf. ad d. l. 33. Pac. Anal. C. de contr. jud. n. 1. non obstante, quod in nigro de emptione tantum tractetur, v. Everh. loc. top. à rubr. n. 11. sive dominij translatorij sint, sive non, cum etiam in his metus concussione militet. Dissent. Wesenb. comm. C. de contr. jud. sive nominati, sive innominati; Nominati, sive reales, sive consensuales, sive verbales, sive literales. Inter reales præcipuus est mutui contractus. Datione mutui indistincte, sive gratuitum sive fœneratitium intelligas, Impp. omnibus Magistratibus (sive Provincialibus sive Urbanis, Rubr. & l. 1. pr. §. 1. C. de contr. judic. C. I. A. th. 10. n. 9. de R. Cr.) eisque, qui circa eos sunt, severè Interdixerunt, d. l. 33. cum l. seq. de reb. cr. l. 3. C. si cert. pet. Bart. & reliqui Dd. hæctenus à nobis allegati, quibus add. Perez. C. si cert. pet. n. 5. Ludvvell. Ex. 11. th. 4. lit. c. Pac. tr. de mut. c. 5 § 20. quemadmodum etiã mutui gratuiti acceptione, arg. l. 34. §. 1. ff. de R. Cr. Fab. Rat. ad d. l. 34. Strauch. Diff. Justin. 13. th. 4. C. I. A. d. l. non item fœnebris d. l. 34. §. 1. & Dd. modo allegati. Non obstat l. 16. C. si cert. pet. Re. enim, textum loqui non de Administratore sed JUDGE; nõ de provincialibus, sed litigantibus; non de vitio concussione, sed corruptionis, Cujac. d. l. 3. C. si cert. pet. Brunn. d. l. Besold. tr. de mut. th. 16. n. 4. Pac. Enant. 3. q. 75. Neq; officit l. 8. de Numer. Act. Cujac. d. l. Fab. Rat. ad d. l. 33. Brunnem. ad t. C. de Num. actuar. & c. n. 7. Perez. C. eod. n. 13. Dixi, inter contractus reales præcipuum, qui huc pertineat, esse mutuũ. Atqui de commodato & deposito nihil expressum inveni: unde cõjectura capi potest, quasi nec sententia Legislatoris ea sit, ut, quæ de mutuo statuta sunt, ad eas species exten-

extendantur. Nihil impedit. Nam & Rubrica tituli *C. de contr. jud.* generalis est, & *negotiandi fœnorisque* (vid. *C. I. A. th. 2. n. 3. de usur.*) verba latissime patent, quotiescunque ratio extensioni non refragatur. Et quidem, qua ratione Commodatum huc pertineat, exemplo mutui gratuiti facile intelligi potest. Depositi quoque, sive directam sive contrariam actionem respicias, in se continet, quod potentioribus obstat: quippe qui infirmioribus & deponendo graves esse possunt, & accipiendo injurii, quibus notissimos depositi terminos excedere facillimum fuerit. *arg. l. 24. & l. 26. §. 1. ff. de pos.* Certe Cicero *libr. 4. in Verr.* negat, *in Sicilia tota, tam locuplete, tam vetere provincia, tot oppidis, tot familiis tam copiosis, ullum argenteum vas, ullum Corinthium, aut Deliacum fuisse, negat ullam gemmam, aut margaritam fuisse, aut quidquam ex auro & ebore factum, signum ullum marmoreum, eburneum, negat ullam picturam, neque in tabulis, neque textilem fuisse, quin quæserit, inspexerit, quod placitum sit, abstulerit.* Verris, quemadmodum ipse appellavit, *studium*, ut amici ejus, *morbum & insaniam*, ut Siculi, *Latrocinium*, depingens. Quoad pignus disputans Dd. Alciatus ad *d. l. 33. n. 10.* & Zasius ad eand. *Jal. & Salicet. ad l. 24. ff. de pignor.* Nos utrum *d. l. 24.* ad causam potentatus referri debeat, subsistimus.

XXVIII. Inter contractus consensuales occurrit prima fronte frequentissimus contractus Emptionis, de quo loquuntur, *l. 6. §. 1. ff. de Off. Proc. l. 33. ff. d. R. Cr. l. 62. ff. de contr. empt. l. 46. §. 2. ff. de Iur. Fisc. l. un. C. de contr. jud. Cicer. in Verr. l. 4. n. 9. & 10.* Quæ prohibitio an ad venditionem quoque pertineat? quaeritur. Azo in *Summ. C. de contr. jud. n. 6.* Placentinum secutus, negat sine data ratione, & *Pac. tr. de empt. vend. c. 8. §. 95.* Nos affirmamus, quia nulla dari potest ratio differentiae, nec debemus LL. ad unum solummodo correlativorum restringere, si in altero, ut *h. l.* eadem est ratio prohibitionis, Everh. *loc. top. à correl. n. 7. & 9. Fab. Rat. ad l. 34. §. 1. ff. de R. Cr.* quin imo satis probat *l. 33. ff. de R. Cr.* ibi: *negotientur*, quod in emptione & venditione præcipue consistit, *C. I. A. tit. de contr. empt. th. 7. pr.* quid quod J Cti sæpius sub nomine unius correlativorum de utroque locuti sunt. *C. I. A. th. 1. d. t. Bicc. Aur. Sect. 4. th. 80.* Prohibentur autem emere res corporales & incorporales. Illas tam mobiles, quam

immobiles, *l. un. pr. & §. 2. C. de contr. jud.* In quo à jure communi differt supra allegatum Statutum Inclutæ Nostræ Reip. der Statt Straßburg Amptleute oder Bögte / quod res immobiles solum prohibet emere. An & Paternas: Paternas sane excipit *l. 62. ff. de contr. empt.* Rationem hujus exceptionis Bart. *ad d. l. 33.* ponit in affectione speciali, quam habemus erga bona paterna *l. 35. ff. de minor. l. 22. in med. C. de ad min. tut. l. 1. §. 15. ff. si quid in fraud. patr.* in quib. cessare videtur suspicio impressionis & cōcussionis, Perez. *C. de contr. jud. n. 3.* Sed Ant. Fab. *Rat. ad d. l. 62.* restringit textum ad casum fisci distrahentis, nec sola Bartoli ratione contentus, aliā, & quidem hanc singularem reddit, quia ejusmodi emptio sit magis favorabilis, cum filij & quodammodo Reipub. interfit, ut criminis à Parente & cive perpetrati, (cujus exprobratio tamdiu durat, quamdiu bona ejus nomenq; apud Fiscum remanent, *Suet. in. Claud. c. 9. & in Domit. c. 9.* ibique Casaub. & Pollet. *histor. for. Rom. l. 4. cap. 6.*) memoria quantum fieri potest; deleatur, quod recuperatione bonorum paternorum fieri creditur. Quæ ratio sane à nobis rejici haud potest, quando quidem lex de Fisco loquitur. *arg. l. 9. ff. de re milit.* Quapropter si talia bona ab alio, quam Fisco, distrahantur, eodem illa, quo extranea h. e. quæ non paterna sunt, jure censi, cum Fabro *d. l. credimus,*

XXIX. Dixi res mobiles & immobiles. Res mobiles puta, quæ ad alimoniam & vestes, i. e. ad suæ suorumq; vitæ sustentationem, nō necessariæ sunt. *d. l. un. l. 6. §. fin. ff. de Off. Proc. sed, vel ad utilitatem vel voluptatē pertinet.* Excipiuntur itaq; res, quibus vita hominis carere non potest, ut sunt alimenta, vestes, quæ alias sub alimentis comprehenduntur. *l. 6. ff. de alim. leg. l. 43. ff. de V. S. & reliqua utensilia, quia necessitas non habet legem, Alciat. ad. d. l. 34. ff. de R. Cr. n. 7. Zas. ad l. 33. ff. eod.* Res immobiles emere prohibentur, ut domos, fundos, agros, vites, prata, hortos & similes. *d. Statut. Arg. der Statt Straßburg Amptleuth.* Non obstat. *d. l. 6. l. ult. ibi: habitationem. ff. eod. arg. l. ult. C. de Off. Rect. prov. Bart. ad l. 27. ff. de donat.* Nec interest, utrum res in eadem sit provincia, nec ne; poterit namque fieri, ut nihilominus venditor sub Jurisdictione emptoris sit constitutus. Perez. *C. de contr. jud. Pac. Anal. C. eod. &c.*

XXX. Res incorporales, quæ prohibitioni subjacent sunt

sunt vel jura in re, ut servitutes, possessiones. *l. 4. §. 4. l. 11. ff. de al. jud. mut.* vel jura ad rem, ut nomina, seu actiones, quas emere, vel alio aliquo titulo cessionis, sibi acquirere potentiores ventantur. *t. t. C. ne lic. pot. patr. c. 2. X. de alien. jud. mut.* Cujac. *l. 8. obs. c. 31.* (quod utrum de actore tantum, quod plerique volunt, Glo. Rubr. *C. h. t.* Cujac. *d. l. Ftanzk. l. 1. resol. 10. n. 11.* Brunnem. *ad l. 2. C. d. t. ne lic. pot. C. I. A. t. de alien. jud. mut. th. ult. in fin.* intelligendum sit, an etiam de Reo, quæstionis est) sive ab extraneis, sive à sanguine conjunctis. Nam etiam hoc casu non cessat metus impressionis adversus tertium extraneum, *arg. l. 27. C. de donat. l. 50. §. 2. ff. de bon. libert.* Brunnem. *tr. de Cess. act. c. 2. n. 32.* qui tamen *in l. 2. C. h. t. ne lic. pot. n. 4.* videtur dissentire, Secus esset, si contra Patrem vel cognatum &c. fieret cessio.

XXXI. Subjungimus emptioni quasdam constitut. de Retractu, qui de Jure quidem civili non fuit probatus C. I. A. *t. de contr. empt. th. 26.* verum tempore subsequentium Imp. præsertim Romani Lacopeni & Friderici, in usum introductus est, & hodie maximè celebratur. Extat horum Imp. Illius quidem, constitutio *περὶ ἐμποίσεως κλημάτων &c. κὶ κωλυμάτων δωμάτων πωρώπων;* hujus vero de jure *πρωμύσεως;* quas Cuiacius, nobis exhibet, *Libr. 5. F. t. 13. & 15.* in quibus potentioribus d. jus *πρωμύσεως* denegatur, quod eatenus explicandum puto, quatenus ipsis aliàs emere non fuit prohibitum; quo modo etiam Decret. Arg. *de Anno 1678.* de Retractu, à nobis accipitur.

XXXII. Exemplo Emptionis venditionis ferè intelligi potest, quid de reliquis contractibus consensualibus & affinis promissionibus sentiendum sit: de Locatione inquam, de Societate, de Mandato, de Emphyteusi, de Cōstituto, de Hypotheca, de Pollicitatione. Neque ei, quod de Locatione conductioe dixi, obstat *l. quod contra §. 1. ff. de L. Jul. repet.* Ubi eadem locutiones, quæ verè pluris minorisve factæ sunt, irritæ dicuntur; textus enim ille non agit de prohibitione ex causa potentatus, & læsione præsumpta, sed corruptionis & læsionis veræ. Nam alias venditiones quoque, quarum ibidem fit mentio, non, nisi verè pluris minorisve factæ in potentiores, prohibitæ essent. Nec ideo inutilis est illius §. 1. relatio, postquam extensa etiam L. Julia ad quasvis venditiones locutionesve ex

causapotentatus, specialiter quibusdam concedi potest, ut non obstante Magistratu vel officio negotientur, *arg. l. 46 ff. de contr. empt.* Clarius Conductione potentioribus interdicitur, in *sæpius alleg. Decret. inclyte Reip. Argem. An. 1626. der Statt Straßburg Ampfleute/ &c. ibi: oder zu entlehen.*

XXXIII. Sed quid de Verborum Literarumque obligationibus dicturi sumus? Stipulatio sine causa facta, quia donationem in se continet, *Legi un. C. de contr. jud.* aperte refragatur. Stipulationem cum causa factam eadem ratio, quæ alios contractus, menti Legislatoriæ subjicit. Literarum Obligatio potentioribus adeo non prodesse videtur, ut eam ipso jure nullam, & conditionem ex literis ne summo quidem Jure parere existimem. Contractus denique innominatos inter potentiores & impotentes non subsistere, cum analogia eorum, quam cum emptione & locatione habent, tum latitudo verbi *negotari* in *l. 33. ff. de R. Cr.* suadere videtur, *arg. l. 65. pr. ff. de leg. 3. l. 3. junct. l. 5. pr. & §§. seqq. ff. de instit. act. Specul. R. de Cler. conjug. Pac. Meth. C. de contr. jud. n. 15.* quippe quæ eodumque se extendit, ut & eas negotiationes sub se contineat, quæ non unius, sed diversi generis actuum sunt. *Alciat. ad l. 33. ff. de R. Cr. n. 1. & ad l. 207. ff. de V. S. fac. etiam Nov. 17. c. 1.* quo Magistratibus negotiari interdicitur; *add. l. 3. C. de commerc. ob duplicem forte rationem, cum ne ob potestatem, quam habent, commercia redderentur difficilia, tum ne ipsi ab administratione Rerum publ. avocarentur Alciat. ad d. l. 33. n. 3. Zas. ad eand. Fachin. l. 2. contr. 78. nulla inter sordidas & honestas negotiationes distinctione, (quam Dd. in Nobilibus hodie usurpare solent. Brunnem. ad d. l. 3. C. de commerc. C. I. A. de contr. empt. th. 7. n. 1.) adhibita.*

XXXIV. III. Quod reliquos actus civiles attinet; Donationis quarumcunque rerum, atque ædificationis propriarum ædium *d. l. un. C. de contr. jud.* meminit. *add. Alciat. ad d. l. 33. de R. Cr. n. 2.* Rusticos angariare, etiam volentes, prohibentur Rectoris officiales, *l. 2. C. Ne Rustic. ad ull. obs. ibique Brunnem. Magistratibus militaribus interdicitur, ne quid introitorum aut transitus, Nov. 130. c. 1. & 4. ibique Cujac. Rittersh. in Nov. p. 14. c. 16, n. 8. & 10. vel Salgami, l. un. C. de Salg. hosp. non prest. ibiq;*

ibiq; Cuiac. & Brunnem. nomine à provincialibus, licet volentibus, accipiant. Item naves ædificare, *l. 46. §. 2. ff. de iur. fisc. vel habere, l. 3. in fin. ff. de vacat. mun. Cuiac. l. 6. obs. c. 38. & Gothofr. ad d. l. 3.* Magistratus prohibentur; cujus tamen ratio, an in eo potius, ne Magistratus potentiam suam nimis augeant, & Imperatori Imperioque Romano evadant periculosi, quam in præsumpta concussione erga subditos, consistat, dubitare licet.

XXXV. Priusquam ad causam potentatus formalem progrediamur, duo adhuc monenda videntur. Primò enim ea, quæ de Magistratum &c. contractibus diximus, eo cum limite accipienda sunt, ut Magistratus & Officia sibi suisque, atque ita suo nomine contrahant. Quare nec Magistratus pro Rep. vel Civitatibus, quibus præerant, *l. 11. ff. pr. de usur. l. 11. ff. de pign. nec potentiorum* (de quibus v. Pancir. Not. Imp. Or. c. 74.) homines (v. Cuiac. 8. obs. 14.) emere, vel negotiari, *l. 1. C. de commerc. vetabantur, cum suo officio & nomine publico, vel principis, fungerentur.* Cui non contrariatur *l. 46. ff. de contr. empt.* ubi *ex officio emere* est eas res emere, quibus vendendis, aut administrandis, quis est præpositus e. g. in venditione publica sub hasta, Donell. *l. 12. comm. c. 23. Menoch. Arb. qu. l. 2. cent. 5. cas. 495. Mud. ad l. 46. ff. de contr. empt. Brunnem. ad eand. Dn. Struv. S. I. C. Ex. 23. th. 3.* quo recte eis interdicitur, non solum, quia, interventente illorum persona, emptores alij deterreantur, Donell. *d. l.* verum etiam, quod illi & emptoris & venditoris officio simul fungerentur, contra jura notissima, & sibi in re quoque propria auctores existerent, contra *l. 1. ff. de auct. tut.* Secundò, nullum hic discrimen inter Magistratus in Patria sua administrantes & eos, qui extra Patriam Magistratu funguntur, agnoscendum est; nec rejicienda eorum sententia, qui eodem ex fundamento, quo Magistratibus ejusmodi nuptias supra *th. 26.* defensum ivimus, iisdem contractus quoque permittos esse statuunt. *arg. l. 65. pr. ff. de R. N. Bart. Zaf. ad l. 33. de R. Cr. Alciat. ad d. l. 34. ff. eod. Sich. ad l. pen. C. de his quæ vi met. Et ad l. 3. C. si cert. pet. Socin. reg. 342. Mud. ad l. 62. ff. de contr. empt. Brunnem. ad d. l. 3. C. si cert. pet. Dissent. Fab. Rat. ad l. 33. ff. de R. Cr.*

XXXVI. Forma Potentatus vel essentialis, vel accidenta-

dentalis est. Forma essentialis vel generica, vel specifica. Forma generica consistit in impedimento civili. Est enim potentatus, ut supra dixi, impedimenti civilis species. Forma specifica consistit in respectu potentiorum ad impotentiores, ut ita dicam, terrorifico; sive eo, quem personarum ex altera parte potentia, ex altera impotentia constituit. In quo potentatus ab aliis impedimentis civilibus differt. Est autem potentia nihil aliud, quam conditio personae coactiva, seu secundum quam persona alios cogere potest: Et in jure nostro ad varia subjecta refertur, variosque significatus habet, ut ex parte supra in expositione termini *potentatus* dictum est: Hic vero restringitur ad Magistratus & Officia, quod titulus indicat, & significat specialiter conditionem personae in officio publico constitutae coactivam. Atque hic quidem non consideratur absolute, sed quatenus impedimentum actuum civilium existit. Refertur autem potentia inter impedimenta civilia, non per se, cum respectus inter Magistratus, & personas eorum potestati subjectas, per se justus sit, & vitio careat; sed per accidens, postquam pluribus exemplis comprobatum fuit, Magistratus & similes personas, potestate sibi concessa per infinitas fraudes, easque, quas nec ipse Cicero *l. 4. in Verr.* omnes appellare potuit, abusos esse, unde non aliter praesumere potuerunt Legislatores, quam metu ejusmodi potentiae subditos in quaelibet arbitria & libidines Magistratum condescensuros; illi vero abusui, qui tanto major esse solet, quanto honestiori nomine tegitur, non felicius occurri potuit, quam praescissa ea occasione, qua in personas & bona aliorum facilius grassari possent. Eodem plane modo, ut conditio filii fam. inter impedimenta mutui, vel, quod eodem recidit, mutuum inter impedimenta contractuum filiorum refertur, non quod mutuum a filio fam. contrahi per se injustum esset, sed, quia exemplo Macedonis constitit, ejusmodi contractus summis abusibus obnoxios esse: vid. *l. 1. & t. t. ff. & C. de Sc. Maced.* Eleganter hanc in rem, Cicero supra *d. l. 4. in Verr. n. 10. quae fuit causa*, inquit, *cur majores nostri eos, qui cum potestate aut legatione in provincia sunt, tam diligenter in provinciis ab emptionibus removerent? Hac, judices, quod putabant,*
ereptiq-

ereptionem esse, non emptionem, cum venditori suo arbitrato vendere non
 liceret: in provinciis, intelligebant, si is, qui esset cum imperio ac potesta-
 te, quod apud quemque esset, emere vellet, id ei liceret, fore, ut quod
 quisque vellet, sive esset venale, sive non esset, quanti vellet, auferret, conf.
 ea, quæ supr. de causa impulsiva potentatus inter impedimen-
 ta civilia relati diximus. Formam accidentalem constituo in
 diverso, quo respectus ille inter personas potentiores, & impo-
 tentiores, ad effectum impediendi intercedit, modo. Respectus
 enim ille (1.) intercedit, vel immediate, vel mediate. (2.) vel ab-
 solute, vel secundum quid. Quatenus immediate, vel mediate
 intercedat, supra in expositione subjecti θ. 22. habuimus. Abso-
 lutè cum intercedere dicimus, quando simpliciter, indistinctè &
 quoad omnes actus, qui inter potentiores & impotentiores
 naturaliter celebrari possent, intercedit; secundum quid con-
 tra, cum respectivè tantum, & quoad quosdam potentioribus
 commercio eorum interdicens causam præbet. Exemplo id
 contractuum illustrari potest. Siquidem non omnibus Ma-
 gistratibus sine ulla distinctione contrahere prohibuit Imp.
 Imp. noster in d. l. un. de contr. jud. Magistratibus enim Urbicis,
 quia Imperatorem actorum suorum inspectorem correctorem-
 que habentes, Perez. C. d. t. de contr. jud. Mud. Fab. Rat. ad l. 46. ff.
 de contr. empt. semperque circa eum agentes, non facile quid
 grave contra LL. ausuri essent, hæcenus interdixit, nisi specia-
 lem ab eo rescriptionem impetraverint, d. l. un. pr. l. 46. ff. de contr.
 empt. Provincialibus vero (utpote ab oculis Imperatoris pro-
 cul remotis, inde etiam contra mandata facilius quid tentatu-
 ris, Lecn. Nov. 84.) eo usque, ut quamvis sacri apices eis permi-
 serint, non possint contrahere d. l. un. Unde bene judicare licet
 de illa quæstione, utrum Magistratus palam & bona fide licite
 contrahant? Affirmant quidem Bart. ad l. 46. §. 2. ff. de Iur. Fisc.
 Cacher, Decis. 144. n. 14. Brunnem. ad d. l. 33. & d. l. 3. C. si cert. per.
 & quos allegat Fachinæus l. 2. contr. c. 79. propter l. 54. ff. de admin.
 tut. l. 5. §. 4. ff. de auct. tut. l. 5. C. de contr. empt. Sed argumentantur à
 majori ad minus affirmative, qualis consequentia nulla est. vid.
 Zas. ad l. 33. ff. de reb. cr. in fin. Peregr. l. 4. de Iur. Fisc. tit. 7. n. 12. Azo
 in summ. C. de contr. jud. n. 5. Quapropter rectius statuunt illi, qui
 E negant,

negant, quia *in d. l. un.* Magistratibus Urbanis, non nisi ex Rescripto Principis, contrahere permissum est: Ubi vero rescripto principis opus est, ibi bona fides sola non sufficit. Alciat. *ad d. l. 33. Mud. d. l. 46. Fach. d. l. Besold. Diss. de Mutuo. th. 16.* Non officiant *l. fin. C. de Fid. & jur. hast. Gothofr. ad l. fin. C. de Resc. Vend. Brunnem. ibid.*

XXXVII. His, quæ hæcenus dicta sunt, imò toti nostræ Disputationi maximè adversari videtur, partim *l. 6. C. de his que vi met.* partim, quod pro Magistratu potius, quam contra præsumatur. Ita Menoch. *l. 2. præf. 85. n. 1. & seqq. l. 3. præf. 126. n. 8. & præf. 127. n. 2.* Alciat. *tr. de præf. reg. 3. præf. 15. n. 1.* Mastrill. *l. 6. de Magistrat. c. 10. n. 1. & seqq.* Myler. *Hyparch. c. 10. §. 2. n. 4. 5. & seqq.* & quod absurdum esset, si quis propter potestatem, quam à principe ad Remp. administrandam accepit, malus præsumeretur. Verum enim vero, ut primò ad *d. l. 6.* respondeamus, dicendum est, quod loquatur de sola dignitate Senatoria, quæ, licet ratione splendoris magna sit, quia vero per se considerata nullam in se continet potestatem, & vim terrendi, inde terribilis etiam non præsumitur. Ita Bart. *ad l. 46. §. 2. ff. de Iur. Fisc. Jas. ad l. 33. ff. de R. Cr. Cacher. decis. 144. n. 12 & 13. Roland. l. 2. consil. 83. n. 5. ubi plures allegat.* Sed reiicit hanc responsionem Sichard. *ad d. l. 6.* dicens, illam generaliter de omni dignitate, sive cum potestate conjuncta sit, sive non, loqui; propterea *l. 6. cum l. pen. C. iud. conciliaturus,* illam de accepto metu, hanc de dato accipit, quem sequitur Brunn. *ad d. l. 6.* Verum, quamvis hæc expositionem *d. l. pen.* Sichardo concedamus, de qua v. Bart. *ad d. l. pen.* non tamen hac distinctione pugna inter *d. l. 6. & l. un. C. si Rect. prov. l. un. C. de contr. jud.* removebitur. Ibi enim Magistratus nuptias vel contractus inire cum suis provincialibus sive subditis prohibentur, licet nullas minas aut violentiam adhibuerint, propter præsumptam concussionem, Fab. *Iur. Papin. l. 1. r. 9. pr. 1. ill. 12. post pr. Sich. ad d. l. un. C. si Rect. prov. n. 2. & 3.* Ad alterum, quod scil. pro Magistratibus præsumatur, resp. quod id verum sit quoad ea, quæ illorum officium concernunt, *l. 2. C. de Off. civ. Iudic.* Menoch. *d. præf. 85. n. 20.* Myler. *Hyparch. d. l. nō ea,* quæ extraneæ sunt, aut ubi circa negotia futura providendum est. Menoch. *d. præf. 85. n. 8.*

85. n. 8. & seqq. Mastrill. d. l. 6. c. 10. n. 9. in hisce enim remediis provisionalibus, quibus utilitati communi consultum itur, sufficit adesse occasionem terrendi, l. un. C. si Rect. prov. l. un. C. de Salg. hosp. non prest. Bart. ad l. 33. ff. de R. Cr. sc. potestatem vel officium, quod terrere possit; Nec minæ requiruntur: hisce enim accedentibus non amplius est præsumpta concussio, sed vera & grave delictum, ut apparet ex t. t. si quac. præd. pot. Quod secus est in metu reverentiali, quem Parentes interdum suis liberis inferunt, qui, si minæ, vel enormis læsio non accesserit, pro metu majoris malitatis non habetur, l. 22. ff. de R. N. Franzk. ad Pand. 2. quod. met. caus. n. 12. v. tamen Robert. l. 2. rer. jud. c. 4. ut & conjugali, Sich. ad d. l. 6. Menoch. l. 3. præf. 127. Fab. in suo Cod. l. 2. t. 9. def. 2.

XXXIIX. Finis potentatus alius est in ordine ad Deum, alius in ordine ad Rempubl. Ille in gloria DEI consistit: Cujus Justitia, ut à nullo alio scelere magis, quam potentatus libidine, abhorret, quippe quod crimen propterea etiam in sacris literis inter maxima iræ vindictæq; divinæ irritamenta refertur, Jes. c. 10. v. 1. & 2. Ezech. c. 22. v. 7. 12. 13. & seqq. Mich. c. 3. v. 1. & seqq. ita voluntati Sanctissimæ nullū gratius Legislatores humani exhibere possunt servitium, quam si præsumpto etiam huic malo occurrant. Hic vel ultimus est, vel intermedius. Ultimus consistit in Salute Reipub. quæ omnium LL. & sanctionum humanarum scopus & norma esse debet, juxta illud Ciceronis l. 3. de LL. Salus populi suprema Lex esto. Intermedius eò spectat, ut voluntates & contractus subditorum sint liberi, Mud. ad l. 62. ff. de contr. empr. Fab. Rat. ad d. l. 33. & l. 46. ne justitiæ commutativæ cursus impediatur, utque libidini & abusui potestatis, qui sæpe in ipsa visera Imperiorum & Rempubl. grassatus est, etiam hac ratione limites ponantur, atque ita DEO Reip & proximo satisfiat.

XXXIX. Pervenimus tandem ad effectū, qui duplex, vel generalis, vel specialis est. Generalis consistit in actus civilis injustitia; specialis partim in ejus, quod actum est, nullitate, partim in agentis pœna conspicitur. Dico, partim in nullitate: Annullatur enim quicquid actum, vel gestum, vel

contractum est contra constitut. Imp. nostri *de contr. jud. & aliorum Imp.* ita quidem, ac si nunquam contractum, gestumve fuisset: proinde nulla pactio, nulla obligatio erit. Donell. *l. 12. comm. c. 23.* Nihil impedit *l. 46. §. 2. ff. de iur. fisc.* ibi: *infirmato, l. ult. C. de his quæ vi met. v. l. 43. §. 2. ff. de V. & P. Subst. & Ja. Gothofr. ad l. 112. ff. de R. l. Neq;* obstat, quod contractus Magistratum Urbicorū (secus in Provincialibus *l. un. §. 2. C. de contr. jud.*) post depositum officiū, rati habitione alterius partis contrahentis, aut silentio quinquennij reviviscant & confirmentur *d. l. un. §. 1. Pac. anal. C. eod.* Reconvalescunt enim non à tempore contractus, sed à tempore [demum] depositi officij & rati habitionis, arg. eorum, quæ Ant. Fab. *Iur. Papin. l. 1. t. 9. pr. 1. illat. 12. post med. & Brunnem. ad l. 6. C. de nupt.* docent. Quapropter venditor rem venditam quasi nunquam in dominium emptoris translata vindicare potest. per *d. l. 46. §. 2. ff. de iur. fisc.* Cujac. *l. 16. obs. c. 13.* Don. *d. l. Pac. d. l. licet jûramento contractum confirmaverit, Alciat. ad d. l. 33. de R. Cr. n. 7.* Peregrin. *de iur. fisc. l. 4. tit. 7. n. 12.* eodem enim ex principio ad jurandum, quo ad contrahendum invitari potest. Probe autem observandum est, quod *d. l. un.* non tantum ad futura, sed etiam præterita negotia, nisi transactionibus, vel judicationibus sopita, prohibitionem extendat, *d. l. un. §. ult.* cum quo conveniunt verba Statuti Argent. sæpius à nobis laudati: *der Statt Straßburg Amptleute oder Bögte.* ibi: *da auch bey solcher Ihrer getragenen Amptsverwalungen hiebevör &c.* Eadem dicenda sunt, de dote, nuptijs &c. quæ contra LL. contractæ pariter nullæ sunt, *l. 63. l. 38. ff. de R. N. Fab. Iurispr. Pap. d. l.* Circa ædificia contra prohibitionem extracta *Pac. Anal. & Meth. C. de contr. jud.* solus ferè quærit, an destruenda sint? Et affirmat *arg. l. 21. §. 1. ff. de O. N. N.*

XL. Pœnam dispescimus in ordinariam & extraordinariam sive arbitrariam. Illam in rei illicite tractatæ privationem, omnium facultatum amissionem, exilium, & tandem famæ diminutionem. Rei privatio spectatur vel ex parte potentis sola, vel ex potentis & tenuis seu subditi simul. Ex parte Magistratum & Officialium sola, quod rem emptam venditori restituere teneantur, & præterea pretium (cum arrhis, *Pac. meth.*



meth. C. de contr. jud. n. 12.) Fisco vindicante amittant, arg. l. 46. §. 2. ff. de iur. Fisc. ibique Bart. l. pen. C. de his que vi met. Menoch. l. 2. de Arbitr. qu. cent. 5. cas. 459. Donell. l. 12. comm. c. 23. Pac. d. l. In contractu mutui sive gratuiti, sive scænebris pecuniæ, dominium pecuniæ à Magistratu mutuo datæ, non subditis, sed Fisco cedere statuit Pac. d. l. n. 13. Don. l. 12. comm. c. 23. aliter vero in casu, quo gratuito accepit Præses, quo apud creditorem dominium pecuniæ adhuc extantis manere, mutuumque non eodem genere, sed in eadem specie restituendum esse, numero seq. docet laudatus Pacius. Quid de materia, ex qua ædificium contra LL. extractum fuit, iudicandum sit, Idem. n. 20. ostendit. In Matrimonialibus arrhæ sive sponsalitia (al. sponsalia) sponsis data, sponsarum, si hæ sponsalia perficere detrectent, lucro cedunt, l. un. C. si Rect. prov. cui contradicere videtur, l. 38. pr. ff. de R. N. Dd. in duabus hisce LL. componendis mire variant. Nos Donellum l. 13. comm. c. 19. C. I. A. t. de Nupt. th. 16. n. 19. Bicc. Aur. S. 1. th. 18. lit. S. sequentes, distinguimus, utrum sponsa voluntatem suam mutet, durante officio, an deposito. Illo casu eam lucrari arrhas, hoc neutiquam. Quod ad dotem attinet, illam caducam fieri, ex d. l. 38. §. 1. junct. l. 61. ff. de R. N. probatur. Donell l. 12. comm. 23. puta, si mulier nocens fuerit, arg. l. 4. C. de incest. & inut. nupt. l. 27. ff. de usufr. leg. ibiq; Gothofred. Dissent. Fab. iur. Pap. l. 1. t. 9. pr. 1. illat. 12. differ. 3tia. aliàs maritus illi eam restituere l. 63. in fin. ff. de R. N. exceptis tamen impensis necessariis d. l. 61. ff. eod. & Fisco insuper æstimationem ejus inferre cogitur, Fab. d. l. Idem juris erit in donatione propter nuptias, d. l. 4. ibiq; Brunnem. arg. l. 32. §. ult. ff. de donat. int. vir. De amissione eorum, quæ Uxor in testamento reliquit, v. l. 2. §. 1. ff. de his, quæ ut indign. quam pœnam mulier quoque in casu, quo matrimonium, inutile sciens, contraxerit, sustinet, arg. d. l. 27. ff. de usufr. leg. ibique Gothofr. non vero si ignoraverit, arg. d. l. 2. §. 2. d. l. 63. ff. de R. N. ibi quod relictum est, potest consequi, quam lectionem licet Faber d. l. textum quinque in locis corrigens, mutet, nos ut ab aliis constanter retentam, non mutamus. Ex utraque parte rei privatio spectatur, quando venditor rem, Magistratui provinciali venditam, intra

quinquennium, à deposita administratione numerandum, non repetierit, vel venditionem ratam fecerit, Cujac. l. 16. Obs. c. 13. Pac. Meth. C. de contr. jud. n. 10. per l. 5. & 6. C. Th. de his, qua admn. vel off. publ. ger. Huc etiam refer ea, quæ de amissione dotis, in casu matrimonii scienter contra prohibitionem contracti, modo diximus. Cæterum omnibus facultatibus privantur, & exilio insuper puniuntur illi, qui rusticanum angariant, qui ve se angariari patiuntur. l. 2. C. Ne Rustic. ad ull. Azo in Summ. C. h. t. Famæ vero iacturam subire illos oportet, qui titulos & nomina alij permiserunt prædiis suis affigere, vel in libello prætere, l. un. C. de His, qui pot. nom. quæ pœna eis per sententiam demum iudicis infligitur, arg. d. l. un. ibi: *afficiendi sine & ibi: notari portebst.* Pac. Anal. & Meth. C. d. tit. v. Bart. ad l. un. C. ne lic. pot. patr. n. 4. Sich. eod.

XLI. Quod pœnam arbitrariam attinet 1. eos, qui contra prohibitionem negotiantur, Pacius Meth. C. de contr. jud. n. 15. putat Principis arbitrio ab administratione esse removendos, 2. De pœna eorum, qui contra L. un. C. ne lic. pot. patr. patrocinium in se suscipiunt, v. Azo in Summ. C. h. t. Sich. C. h. t. & c. 3. Pœna arbitraria omnibus, quibus in LL. pœna non est expresse statuta, irrogari posse videtur. Quandocunque enim in jure certa pœna non expressa est, tunc pœnæ moderatio iudicis arbitrio permittitur. l. 1. §. 1 ff. de Effract. Sich. d. l.

XLII. Effectibus Potentatus non immerito adnumeratur ea iurijurandi species, qua quis apud Superiorem iudicem probandum suscipit, quod non speret, sese ob potentiam iudicis vel adversarii apud inferiorem iudicem justitiam consecuturum esse: quod iuramentum arg. c. Statutum II. Vers. cum vero. de Rescript. in 6. Iuramentum perhorrescentiæ appellatur. De quo vid. Dn. Jac. Blum. Process. Cam. t. 37. §. 19, & 20. ibique alleg. add. Dn. Feltmann. de Iuramento perhorrescentiæ Dn. D. Stiebers & Dn. Schöpffer. Dispp. Inaugurales de ead. mater.

COROLLARIA.

1. Venditor rei tradenda facultatem habens, necessario & in evitabiliter rem tradere non tenetur.
2. Reservatio Venationis juri territorii rectè adscribitur.
3. Testamentum, in quo exheredatus est Filius non expressa causa, non est ipso jure nullum.
4. Patria potestas per nuptias neque jure Civil. Justin. neque jure hodierno tollitur.

Errata

Pag. 14. lin. 33. post verba: *incerta sunt.* insere verba: *Ea enim, quæ incerta sunt.* pag. 22. lin. 1. pro *illatata leg. illata.* pag. 27. lin. 7. l. continet.

F I N I S.

DO A 6296

ULB Halle 3
002 927 861



VJ 17
Rothmann



nu
un
sich
ner
chn
enc
alle
s se
sie
erer
Ma
i G.
Zeit
Elt
nis
und
rn
Dim
rsta
s f
ter
nge
org
u er
mer
s Pl
Elt
ool
öck
rin
Din
stet



B.I.G.

Farbkarte #13

J. N. D. N. J. C.
DISSERTATIO JUSTINIANA

De
**POTENTATU
MAGISTRATUUM
ET OFFICIORVM,**

**Con Förschterlichem Gewalt
Beampter Personen.**

Quam
SUB PRÆSIDIO
DN. FRIDERICI SCHRAGII

U. J. D. Institut. Imperial. Profess. Publ. &
Facult. Jurid. h. t. Spectabilis Decani,

Præceptoris ac Fautoris sui ætatem
devenerandi,

SOLENNITER defendet
JOH. FRIDERICUS Harnußberger/Argent.
Auctor.

ad d. 18. Mensis Octobr. hor. locoq. conf.

ARGENTORATI,
Apud **JOSIAM STÆDELIUM,**
ANNO M DC LXXIX.

